

CAPUT II.

De Irreligiositate ejusque Speciebus.

Irreligio
quotuplex.

« Irreligio, quae religioni opponitur
« per defectum, vel tendit directe ad irre-
« verentiam Dei, et est tentatio Dei, aut
« perjurium; vel tantum tendit ad irreve-

« rentiam rerum sacrarum, et est sacri-
« legium aut simonia.
« De perjurio, in secundo praecepto;
« de reliquis, hic ».

DUBIUM I.

Quid sit Tentatio Dei.

29. Quid est tentatio Dei. — 30. An in tentatione Dei detur parvitas materiae. Et quae sit tentatio interpretativa. — 31. An peccet qui petit a Deo miraculum. — 32. An, qui offert se ad martyrium. Et an, qui respuit medicinas.

Tentatio
Dei, quid.

29. — « Resp. Tentatio Dei est dictum
« vel factum, quo quis explorat, num Deus
« sit potens, sapiens, misericors, aut ali-
« quam aliam perfectionem habeat. —
« S. Thomas¹, Sanchez, etc.

Quotuplex.

« Ea est duplex: scilicet, vel *formalis*,
« quando quis expresse dubitans de aliqua
« Dei perfectione, eam experiri cupit: ut
« si quis petat miraculum, quo patefiat
« fidem catholicam esse veram; vel det
« se praecipitem ex turri, ut experiatur
« an Deus sit misericors, eum eripiendo
« a laesione. — Vel est *implicita et inter-*
« *pretativa*, quando quis, etsi expresse non
« intendat Deum tentare, id tamen petit
« vel agit quod suapte natura eo referri
« videtur; ut si quis se committat periculo,
« a quo vel nullo modo, vel vix possit eripi,
« nisi miraculose; vel si media naturalia
« omittat, sperans a solo Deo effectum,
« v. gr. in morbo periculoso respuens me-
« dicinam, petensque ac sperans a Deo
« temere sanitatem. Navarrus², Lessius³.
« Item, si sine necessitate et causa, rudis⁴
« absque praeparatione velit concionari,
« sperans a Deo sibi suggerendos conce-

« ptus. Suarez, Sanchez, Lessius⁵, Lay-
« mann⁶ ».

« Unde resolves:

30. — « 1^o. Tentatio Dei *formalis* est
« peccatum ex genere suo mortale, in
« quacumque etiam materia. Ratio est,
« quia includit dubitationem de perfectio-
« nibus Dei, quae in gravem Dei contem-
« ptum redundat; vel magnam irreveren-
« tiam, curiosius agendo cum Deo, quasi
« cum ludione. — Lessius⁵, Sanchez⁶,
« Suarez, et caeteri communiter.

« 2^o. *Interpretativa* tentatio, cui dubi-
« tatio illa deest, plerumque est tantum
« peccatum veniale, ob imperfectionem
« actus, ignorantiam, inconsiderationem,
« vel parvitatem periculi. Imo saepe nul-
« lum est peccatum, quando scilicet iusta
« causa subest, v. gr. Dei instinctus, ne-
« cessitas vel pia utilitas. — Sayrus, To-
« letus, Cajetanus, S. Thomas⁷ ».

Sed quaestio haec est: *an in tenta-*
tione Dei interpretativa, ut supra, detur
parvitas materiae?

Affirmant Busenbaum cum Cajetano,
et Valentia⁸, Lessius⁹, Sayrus¹⁰ et To-

Formalis
est pecca-
tum lethale.Interpre-
tativa, ple-
rumque ve-
nalis.Juxta a-
lios, datur
parvitas
materiae.

¹ 2^a 2^{ae}, qu. 97, art. 1. - *Sanch.*, Decal., lib. 2, cap. 34, n. 1. — ² Man., cap. 11, n. 41. — ³ Lib. 2, cap. 45, n. 4. — *Suar.*, de Relig., tr. 3, lib. 1, cap. 3, n. 1. - *Sanch.*, Decal., lib. 2, cap. 34, n. 16. — ⁴ Lib. 4, tr. 10, cap. 5, n. 6. — ⁵ Loc. cit., n. 4. — ⁶ Decal., lib. 2, cap. 34, n. 5. - *Suar.*, loc.

cit., cap. 2, n. 16. — *Sayr.*, Clav., lib. 4, cap. 7, n. 14. - *Tolet.*, lib. 4, cap. 19, n. 3 et 4. - *Cajetan.*, v. *Tentatio*, i. f. - ⁷ 2^a 2^{ae}, qu. 97, art. 2. — *Cajetan.*, loc. cit. — ⁸ In 2^{ae} 2^{ae}, disp. 6, qu. 14, punct. 2. — ⁹ Lib. 2, cap. 45, num. 4. — ¹⁰ Loc. cit.

29. — ^a) Auctores hic citati, non de rudi solum, sed de quocumque concionatore loquuntur.

^b) Lessius, lib. 2, cap. 45, dub. 1, ubi tractat de tentatione Dei, non loquitur de isto concionatore.

Juxta a-
lios non da-
tur.

letus^a). Hi dicunt, quod si quis in re levi, et sine gravis damni periculo, tentaret Deum, ex sola curiositate spectandi ali-quod opus supernaturale, hic tantum venialiter peccaret. — Sed probabilius Sanchez^b), Suarez^c), Salmant.¹ eum dam-nant de mortali: nisi excusaretur ratione ignorantiae vel indeliberationis^d). Ratio, quia gravis est irreverentia velle ut Deus ostendat omnipotentiam suam, ad satisfa-ciendum curiositati ipsius.

Hinc Salmant.² dicunt, quod proba-bilius peccaret graviter, qui in levi morbo, rejectis medicinis, speraret a Deo sanita-tem, quamvis non peteret miraculum: quia (ut ajunt) videtur hic, respuendo re-media, reipsa miraculum exoptare, cum velit mutari causas naturales. — Sed me-rito huic doctrinae contradicunt Sanchez³ cum Leonardo^e), Bonacina⁴ cum Sua-rez^f), Anacletus⁵, Elbel⁶, et Sporer⁷ cum Laymann; qui in hoc non recogno-scunt plusquam venialem culpam. Ratio, quia in hoc non adest gravis deordinatio: cum enim quis nequaquam miraculum petat curiositatis causa, juste excusatur a gravi, et aliquando, ego puto etiam ab omni culpa, si speret sine remediis natu-

raliter, Deo adjuvante, a tali levi morbo liberari: dum saepe, in hujusmodi mor-bis, natura ipsa salutem operatur.

« 3^o. Si quis in puteum se conjiciat, ad
« declarandam Dei erga se providentiam,
« aut supra prunas ambulet ad innocen-
« tiam ostendendam, est interpretativa
« tentatio Dei. Uti etiam sunt eae proba-
« tiones, quae fiunt per ferrum candens,
« aquam ferventem vel frigidam, etc. ».
[Tales probationes sunt vetitae⁸; ut com-muniter Salmant.⁹]; « de quibus vide Bins-feld et Delrio¹⁰. Licet enim Deus ali-
« quando tales purgationes miraculose
« probarit; id contigit, vel quia Deo in-
« spirante factae sunt, vel quia innocen-
« tes ad eas compulsi sunt liberati. — Bo-
« nacina¹¹ ».

31. — Peccat, qui absolute petit a Deo, vel offert miraculum ad conversionem haereticorum: cum sufficiant nostrae fidei testimonia. Salmant.¹² cum Suarez^a), Palao, Sanchez. — Si vero aliquando sit firmissima spes conversionis, tunc pote-rit peti a Deo miraculum sub conditione, si ei placuerit. Salmant.¹². — Caeterum Sporer¹³ cum communi ait, satis esse li-citum petere a Deo miraculum, quoties

Casus ten-
tationis
Dei.Petitio mi-
raculi ad
conver-
tendos
haereti-
cos.

¹ Tr. 21, cap. 12, n. 4. — ² Loc. cit. — ³ Decal., lib. 2, cap. 34, num. 5. — ⁴ Disp. 3, de 1^o Praec. Decal., qu. 9, punct. un., n. 6. — ⁵ Tr. 5, dist. 3, qu. 1, n. 8. — ⁶ Confer. 17, n. 560. — ⁷ Tr. 2, cap. 10, n. 10. — *Laym.*, lib. 4, tr. 10, cap. 5, n. 7. — ⁸ Cap. 1, 2 et 3, de purgat. vulg. — ⁹ Tr. 21,

cap. 12, n. 5 et 6. — *Binsfeld*, de Confess. maleficor., p. 314, v. *Primum dubium*. — ¹⁰ Lib. 4, cap. 4, qu. 4 et 5. — ¹¹ Loc. cit., n. 7. — *Pal.*, tr. 17, disp. 2, punct. 1, n. 12. — *Sanch.*, Decal., lib. 2, cap. 34, n. 10. — ¹² Loc. cit., n. 7. — ¹³ Tr. 2, cap. 10, n. 10.

30. — ^a) Toletus, lib. 4, cap. 19, n. 3, de tentatione Dei expressa loquitur, quam dicit fieri venialem ex materiae levitate.

^b) Sanchez, Decal., lib. 2, cap. 34, n. 5, non dissentit a priore sententia affirmativa; quamvis enim scribat, tentationem Dei interpretativam esse mortale peccatum ex objecto et natura sua, nisi fortasse excusetur ex igno-rantia et simplicitate non omnino crassa; at-tamen subdit: « Fatendum est tamen ali-quando posse materiam et periculum esse adeo exigua, ut sit culpa venialis ».

^c) Suarez, loc. cit., cap. 2, n. 16, loquitur de tentatione Dei formali; eamque dicit lethalem esse ratione materiae: « in hujusmodi materia quae non requirit dubitationem in fide ».

^d) In *Hom. apost.*, tr. 4, n. 38, S. Doctor admittit etiam materiae parvitatem in tenta-tione Dei interpretativa; dicit enim eam esse mortalem per se: « nisi quis excusare-tur, aut quia aliquo divino impulsu, aut igno-

rantia ductus illud faceret, aut materiae levi-tate, puta si neglectis remediis a levi infir-mitate sanitatem a Deo expectaret ». Et id-ipsam tenet in *Istruzione e Pratica*, cap. 4, n. 38.

^e) Leonardus Lessius, loc. cit., n. 4, rem-clare significat, dicens interpretativam Dei tentationem venialem esse ratione levitatis materiae; at supra dixerat mortalem esse, « si in gravi morbo, remedia naturalia sper-nas, temeraria persuasionem expectans a Deo sanitatem supernaturali modo ».

^f) Suarez, tr. 3, lib. 1, cap. 3, n. 4, etsi a Bonacina pro hac sententia adducatur, eam tamen non habet.

^g) Bonacina, disp. 3, qu. 9, punct. un., n. 5, asserit prorsus illicitas esse ejusmodi probationes. Non aliud.

31. — ^a) Suarez, cap. 2, num. 13, adhae-ret huic opinioni: nisi tamen, ut ipse limi-tat, haec petitio ex speciali Dei monitione fieret.

adsit utilitas gravis ad nostram aut aliorum salutem vel ad divinam voluntatem implendam. Et idem clare docet D. Thomas¹, ubi ait, non tentare Deum, qui signum ab eo petit, *ut aliis demonstret; vel ad hoc quod instruat quid sit circa aliquod factum placitum Deo.*

Sese obijcere martyrio.

32. - Item peccat, qui periculo mortis vel mutilationis se obijcit ad perferendum martyrium, sine justa causa. Nam in casu necessitatis, si alias fides aut salus multorum periclitetur, vel ad vitandas blasphemias: in quibus casibus martyrium

est in praecepto; vel in casu utilitatis, ad exaltandam fidem aut Dei gloriam: tunc licet martyrio se offerre, ut docet S. Thomas². - Vide Salmant.³

Item peccat, qui respuit medicinas; nisi faciat ad se mortificandum, modo absit periculum mortis: ut Viva⁴ et Salmant.⁵ cum Cajetano⁶, Navarro et Sanchez.

Resp. medicis

Quaeritur: *an tentatio Dei expressa differat specie ab interpretativa?* - Affirmant Suarez et Bonacina. At probabilius negant Salmant.⁶

Expi eadem interpretativa.

DUBIUM II.

Quid et quotuplex sit Sacrilegium.

33. *Quid et quotuplex sacrilegium.* - 34. *Quales species sacrilegii sint explicandae.* - 35. *Quae sint sacrilegia personalia.* - 36. *Quae localia.* - 37. *An vetentur in ecclesia mercatus, convivia, iudicia, etc.* - 38. *An sit sacrilegium extrahere hominem ab ecclesia, atrio, etc.* - 39. *An omne furtum in ecclesia sit sacrilegium.* - 40. *An sit sacrilegium realia.* - 41. *An liceat vasa et vestes sacras convertere in usum profanum.* - 42. *An sit sacrilegium laedere bona ecclesiasticorum.* - 43. *An sit sacrilegium mentaliter peccare in ecclesia.* - 44. *An censurae contra sacrilegos incurrantur ipso facto.* - 45. *An sit sacrilegium furari reliquias.* - 46. *An, peccare die festo.* - 47. *An, violare vota.* - 48. *Vide alia ibidem.*

Sacrilegium, quando lethale.

33. - « Resp. Sacrilegium est violatio rei sacrae, hoc est dicatae cultui divini; et peccatum mortale ex genere suo, si opus specialiter repugnet cum rei sanctitate; non vero, si generaliter tantum repugnet, quomodo omnia peccata mortalia generaliter repugnant sanctitati, v. gr. templi, ita ut ibi cum veniali peccato committantur ».

Sacrilegium triplex.

« Est autem sacrilegium triplex: personale, quo persona; locale, quo locus; et reale, quo res aliae violantur. - S. Thomas⁷ et caeteri theologi ».

Species explicanda.

34. - Explicanda est in confessione species sacrilegii; an fuerit personale, locale

aut reale. - Viva⁸, et Salmant.⁹ cum S. Thoma et communi.

Quaestio est: *an praedictae species sint subalternae, vel sint infimae?*

Prima sententia tenet, esse subalternas, continentes sub se alias species infimas. Ita Suarez, Palaus, Lessius, etc. apud Salmant.¹⁰, cum Busenbaum (vide infra, n. 48, ad 5), et Elbel¹¹ cum Filiuccio¹².

Et ideo dicunt, percussionem clericici specie differe a concubitu cum eo. - Secunda tamen sententia tenet esse infimas: ut Viva¹³, et Salmant. cum Cajetano, Trullench; ita ut, si quis violat sanctimoniam verberando aut cum ea concum-

Alii dicunt esse subternas.

Probabilius sunt infimae.

¹ 2^a 2^a, qu. 97, art. 2, corp. et ad 3. - ² 2^a 2^a, qu. 124, art. 3, ad 1. - ³ Tr. 21, cap. 12, n. 9. - ⁴ De Praec. Decal., qu. 6, art. 3, n. 6. - ⁵ Loc. cit. - ⁶ Navar., Man., cap. 11, num. 41. - ⁷ Sanch., Decal., lib. 2, cap. 34, n. 14. - ⁸ Suar., de Relig., tr. 3, lib. 1, cap. 3, n. 6. - ⁹ Bonac., disp. 3, de 1^o Praec., qu. 9, punct. un., n. 9. - ¹⁰ Loc. cit., n. 10 et 11. - ¹¹ 2^a 2^a, qu. 99, art. 3. - ¹² De Praec. Decal., qu. 6, art. 1.

32. - ^a) Cajetanus, in 2^a 2^a, qu. 97, art. 1, non apponit conditionem: modo absit periculum mortis; eam tamen satis inculcat, negans peccare eum, qui sic medicinas

respuit, « si infra limites rationabilis obsequii sit ».

34. - ^a) Filiucci, quamvis utique, tr. 24, cap. 9, n. 228 et 244, hanc sententiam, uti

bendo, unum sacrilegium formaliter committit. Et sic sentit D. Thomas¹, ubi ait: *Possibile est aliqua duo peccata differre specie secundum materiales actus; convenire autem in specie secundum unam rationem formalem sacrilegii; puta, si quis sanctimoniam violavit verberando vel concumbendo.* Et haec est probabilior.

Docet vero S. Doctor, praefatas species habere diversos gradus, significans eos constituere quidem circumstantias aggravantes, non autem speciem mutantes.

« Unde resolves:

35. - « 1^o. *Personale* sacrilegium est percussio clericici, pertractio ejusdem ad iudicium saeculare; item luxuriosa violentio personae, Deo per votum castitatis sacrae: de qua vide infra, Tract. 4, cap. 2, de sexto Praec., dub. 2 ».

Sacrilegium locale.

36. - « 2^o. *Locale* sacrilegium est omnis actus quo ecclesia polluitur; ut est v. gr., occisio hominis, effusio humani sanguinis vel seminis illicita et notoria. [Ut probabiliter tenent etiam Viva², et Tamburinius³ cum Vasquez, Pontio, Diana⁴, Coninck⁵, Toletus⁶, apud Salmant.⁷; contra Salmant.⁸ cum Suarez, Bonacina, Lugo, Palao, etc., et Elbel⁹, qui probabilius dicunt, etiam occultam effusionem esse sacrilegium. Vide dicenda de sexto Praec., n. 458, vers. II. Circa locum, etc. - Item] « sepultura excommunicati vel non baptizati. - Item, si

¹ 2^a 2^a, qu. 99, art. 3, ad 2. - ² Loc. cit., n. 11. - ³ Vasq., in 1^a 2^a, disp. 98, cap. 3, n. 6. - ⁴ Pont., de Matrim., lib. 10, cap. 10, n. 15. - ⁵ Tr. 6, de Sac. Poenit., cap. 8, n. 101. - ⁶ Loc. cit., n. 102. - ⁷ Suar., de Relig., tr. 2, lib. 3, cap. 7, n. 4. - ⁸ Bonac., de Matrim., qu. 4, punct. ult., n. 7. - ⁹ Lugo, de Poenit., disp. 16, n. 462. - ¹⁰ Pal., tr. 11, punct. 1, n. 4. - ¹¹ De

probabiliorem tueatur, asserit tamen n. 243, probabile esse « saltem in ordine ad confessionem » ejusmodi divisionem in species infimas esse.

36. - ^a) Tamburinius, Decal., lib. 7, cap. 2, § 1, n. 7 et 8, probabilem utique hanc sententiam appellat; sed ipse communiorem et probabiliorum putat oppositam, secundum quam, effusio etiam occulta est sacrilegium. Et cum Tamburinio consentit Diana, part. 1, tr. 7, resol. 26; et part. 7, tr. 11, resol. 31.

^b) Coninck et Toletus a Salmant. adducunt ex Palao; Palaus tamen non directe pro hac sententia laudatos auctores affert, sed pro opinione quae negat ecclesiam pollui, nisi per notoriam effusionem: « Ratio dubi-

« actus quidam profani fiant in Ecclesia, « et repugnantes ejus immunitati: ut negotiationes, illiciti concubitus et spurcificationes, seditiones, concilia saecularia, stationes, equorum, incendia, effractiones, spoliationes. - Item, si materia rei sacrae vel ecclesiae, directe ad profanos usus convertatur; si reus ex ecclesia, velut asylo, extrahatur: nisi tamen sit latro publicus, vel nocturnus populator agrorum, vel enorme maleficus fiducia asyli istic commiserit. - Denique, si furto auferantur res ecclesiae, aut ibi depositae. Laymann⁶, Bonacina⁷. « Si vero res ablata fuerit per accidens tantum in ecclesia, v. gr. crumena viri divitis, probabiliter non committi sacrilegium docet Diana⁸, ex Fagundes et sex aliis; contra Suarez, Laymann, etc. ».

37. - Similiter violatur locus sacer, si in eo fiant conclamationes, deambulationes, mercatus, strepitus iudiciorum saecularium, non vero ecclesiasticorum pietatem spectantium. Aliquando tamen iudicia saecularia, aut parlamenta licita sunt in necessitate, v. gr. ob pluviam, solis aestum: modo fiant sine strepitu, et desit alius locus opportunus. - Pariter non videtur culpa gravis, aliqua moderata deambulatio in ecclesia aut privata comestio, etiam sine necessitate, si absit scandalum et clamor. Ita Viva⁹, ex S. Thoma¹⁰, cum Salmant.¹⁰

Causae excusantes.

Sacrileg., n. 578. - ⁶ Lib. 4, tr. 10, cap. 7. - ⁷ Disp. 3, de 1^o Praec., qu. 6, punct. un. - ⁸ Part. 1, tr. 7, resol. 27. - ⁹ Fagundes, de 2^o Praec. Eccles., lib. 4, cap. 4, n. 9. - ¹⁰ Suar., de Relig., tr. 2, lib. 3, cap. 5, n. 7. - ¹¹ Laym., loc. cit., cap. 7, n. 18. - ¹² De Praec. Decal., qu. 6, art. 1, n. 11. v. Sexio. - ¹³ Tr. 21, cap. 12, n. 25.

tandi est, inquit Palaus n. 3, quia in tantum videntur sacrilegia esse, in quantum ipsis ecclesia polluitur. Sed non polluitur ecclesia, nisi publicae sint. Ergo cessante hac publicitate nullum est sacrilegium. Pro qua opinione, ut dixi, adducit Coninck de Sacram., qu. 83, n. 230; et Toletum, lib. 5, cap. 8, n. 8, qui sic revera tenent.

37. - ^a) S. Thomas a Viva affertur pro ea dumtaxat parte, qua docet haec licita esse ex necessitate. Et re quidem vera Angelicus, in Epist. I ad Cor., cap. XI, lect. 4, scribit: « Non est licitum domum Dei, quae est deputata sacris usibus, communibus usibus applicare...; tamen propter necessitatem, quando scilicet aliquis aliam domum non inveniret,

Stratus
nulli dan-
dus in eccle-
sia.

Hic obiter advertatur, nemini, quacumque praedito dignitate, modo non regali, licere indicere, ut sibi ad ecclesiam deferatur stratus; secus statim cessandum a divinis, et ministri ecclesiae ipso facto excommunicationem incurrunt, et ecclesia tamquam interdicta habenda est. — Hoc decretum fuit a Sacra Congr. Caerem., quae ait: «Proposito in S. C. Caeremon. quodam abusu, inter alios qui de recenti in Urbe irrepserunt, eadem S. C., ad eum omnino tollendum, die 30 Maji currentis anni 1701, decrevit: *Non licere, cuicumque, etc. (personis regalibus tantum exceptis) ad ecclesias strata sibi deferri facere; et si secus actum fuerit, immediate cessandum fore a divinis: quod nisi servetur, rectores caeterosque ecclesiarum ministros ipso facto excommunicationis poenam... incurrere, eamque ecclesiam... habendam esse pro interdicta.* (Ita adnotatum reperitur in Bullario Clementis XI¹). Deinde subjungitur: *Et facta... relatione SS. D. N., Sanctitas Sua* (i. e. praefatus Clemens) *decretum... approbavit, nec non promulgari, atque executioni tradi, et in omnibus Urbis sacrariis affigi mandavit, die 3 Oct. 1701.* — Hoc omne refertur a Ferraris²; qui etiam refert, vetari pluribus ex decretis S. Rituum Congregationis, dare intra Missam laicis (etsi praesidibus) Evangelium osculandum; uti etiam dare illis usum baldachini, et illos admittere ut assistant in presbyterio.

¹ Bullar. Clem. XI, part. 3, decret. 1 S. C. Caerem. — ² Biblioth., v. *Ecclesia*, art. 5, n. 28 et 29. Cfr. Collect. authent. S. R. C., n. 1792. — ³ Tr. 21, cap. 12, n. 24; cfr. tr. 18, cap. 3, n. 81 et seqq. — ⁴ De Sacrilegio, n. 566. — ⁵ De Sac. Poenit., disp. 16, n. 470. — ⁶ Method. confess., lib. 2, cap. 8, n. 5. — *Diana*, part. 1, tr. 7, resol. 27. — *Less.*,

Ad nostra autem redeuntes, dicimus:
38. — Sacrilegium est, extrahere violenter hominem ab ecclesia, etiam interdicta vel polluta, et ab ejus coemeterio, atrio, claustro, dormitorio, ambitu contiguo cum ecclesia; item, a domibus religiosorum clausura septis. Vide Salmant.³ — Caeterum, praeter hunc casum violatae immunitatis, ad incurrendam speciem sacrilegii, nomine *loci sacri* intelligitur tantum ecclesia, non alia loca: cum in odiosis stricte facienda est interpretatio, ut notat Elbel⁴ cum Laymann⁵, Bonacina⁶, etc.

39. — Quaeritur: *an omne furtum in ecclesia sit sacrilegium?*

Prima sententia, cum Lugo⁷, Tamburino⁸, Palao⁹, Azor¹⁰, Diana, Lessio, Coninck, Henriquez, etc. apud Salmant.⁷, tenet, non esse sacrilegium, nisi furtum sit de re ecclesiae commodata vel commissa ibi custodiae causa. Nam aliae res profanae accipiuntur quidem materialiter in loco sacro; sed non de loco sacro, dum ad locum sacrum nullo modo pertineant. Excipit tamen merito Lugo⁸ furtum de rebus, quas sacrista fecisset sibi commodari pro ecclesiae ornatu. — Secunda tamen sententia probabilior affirmat, ex can. *Quisquis, caus. 17, qu. 4*, ubi absolute damnatur ut sacrilegus, qui *non sacrum de sacro* furatur; nec id limitatur ad depositum tantum. Ita Elbel⁹ cum Filicuccio, Valentia; et Salmant.¹⁰ cum Pa-

lib. 2, cap. 45, n. 14. — *Coninck*, de Sac. Poenit., disp. 7, dub. 4, n. 22. — *Henricq.*, lib. 5, cap. 6, n. 5, comment., lit. n. — ⁷ Tr. 6, de Sacram. Poenit., cap. 8, n. 103. — ⁸ Loc. cit., n. 470. — ⁹ De Sacrileg., n. 587. — *Fill.*, tr. 24, cap. 9, n. 237. — *Valent.*, in 2^a 2^a, disp. 6, qu. 15, punct. 1, v. *Prima est.* — ¹⁰ Tr. 6, de Sac. Poenit., cap. 8, n. 103.

Violatio
asyli, sacrilegium.

Locus sacer, quis.

Non quodlibet furtum in ecclesia, sacrilegium.

Quodlibet, probabilius sacrilegium.

licite posset ecclesia uti ad manducandum, vel ad alios hujusmodi licitos usus.

38. — ^a Elbel citat Laymann et Bonacina his dumtaxat verbis «De qua [materia] videri possunt Laymann..., Bonacina». Et re quidem vera, Laymann, lib. 4, tr. 10, cap. 7, n. 5, definit quid sit locus sacer, et n. 6, distinguit locum sacrum ab ecclesia, et explicat ad quanam in favorabilibus ecclesiae nomen extendatur. — Bonacina vero, disp. 3, de 1^o Praec., qu. 6, n. 9, quaerit quanam dicantur loca sacra, quorum violatione committitur sacrilegium. Et respondet: «Dici templum, auctoritate episcopi consecratum; praeterea mona-

steria, hospitalia et alia loca per episcopum consecrata».

39. — ^a Palao, tr. 11, punct. 2, n. 3, oppositam sententiam, quam S. Alphonsus ipse probabiliorum vocat, tuetur; sed a Salmant. non adducitur Palao, cujus nomen videtur ex typographi mendo hic irrepsisse, loco Valentiae (Pal. pro Val.), qui revera a Salmant. citatur, et hanc sententiam probabilem putat, licet oppositam (ut ipse S. Alphonsus) probabiliorum existimet, in 2^a 2^a, disp. 6, qu. 15, punct. 1, vers. *Prima est.*

^b Azor, part. 1, lib. 9, cap. 27, quaer. 6, probabile existimat, ut ipsi Salmant. notarunt.

lao, Dicastillo^c, Vasquez^d, Bonacina, Laymann, etc. — Recte tamen Salmant. probabilem vocant primam sententiam.

An autem sit sacrilegium locale, *furari e sacristia?* — Negant Sanchez^e, contra aliquos.

Certum autem est non esse sacrilegium, furtum in claustris, nec in oratorio domus privatae. — In oratoriis vero xenodochiorum vel eremitoriorum, licet non benedictis ab episcopo, juste putat Sanchez^f furtum esse sacrilegium. Vide Viva¹.

40. — «3^o. Reale sacrilegium est indigna tractatio et administratio sacramentorum: ut si ministrantur vel suscipiantur cum peccato mortali.

«Item, profanatio vasorum et instrumentorum sacrorum: v. gr. si quis calice utatur in convivio, ornamenta altarium vel sacerdotum ad usus profanos applicet. Intelligit de iis quae consecrari vel saltem benedici solent; nam ad nuptias, vel communem usum adhibere tapetes, candelabra, pelvim, imo et matutergium et caetera, quae mediate serviunt ministerio sacro, non esse peccatum docet Tamburinus², nisi fiat ex aliquo contemptu saltem implicito, ut si semper et indifferenter sic utaris supradictis. Atque idem affirmat de candelis, ramis, aqua, incenso et similibus benedictis: quod in modicis istis benedictio-

Pal., tr. 11, disp. un., punct. 2, n. 3. — *Bonac.*, disp. 3, de 1^o Praec., qu. 6, punct. un., n. 23. — *Laym.*, lib. 4, tr. 10, cap. 7, n. 18. — *Salmant.*, loc. cit., n. 103. — ¹ De Praec. Decal., qu. 6, art. 1, n. 18. — ² Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 2, § 3, n. 1. — ³ Loc. cit., n. 3 et seqq. — ⁴ Tr. 24, cap. 9, n. 241. — ⁵ Lib. 19, n. 57. — *Suar.*, de Relig., tr. 3,

nibus, non agatur cum tanto rigore ab Ecclesia, ut patet in pane, ligno, carbo-nibus, etc., benedictis. — Vide Tamburinum³.

«Item, violatio vel indigna tractatio sacramentorum imaginum et reliquiarum. — «Item, abusus Scripturae sacrae, v. gr. «ad stabiliendas haereses vel res turpes. — «Item, raptura bonorum Ecclesiae, suppressio piorum legatorum, vel jurium Ecclesiae defraudatio, etc. — Vide Filicium⁴, Reginaldum⁵, Suarez⁶».

Concilium Tridentinum⁷ vocat temeritatem, torquere verba sacrae Scripturae ad scurrilia, fabulosa, vana, adulatoria, detractoria, etc. — Vide Salmant.⁷.

41. — Quaeritur 1^o. *An vasa et vestes sacrae possint converti in usum profanum?*

Affirmant Salmant.⁸, si illae jam amiserint formam et benedictionem. Sed alibi⁹ omnino negant cum S. Thoma, qui¹⁰ dicit: Altaris pallae, velum, candelabrum, cathedra, et alia quae in sacrario fuerint, non debent admitti in usum laicorum, sed esse comburenda. — Melius autem Suarez¹¹, Palao¹², Bonacina¹³, et Roncaglia¹⁴ cum Barbosa distinguunt, et dicunt quod si res ita totaliter immutetur, ut ad communem materiam redeat (sicut si calix igne vel ferro ad communem massam argenti educatur), tunc licet in usum pro-

Abusus
Scripturae,
temeritas.

Conversio
rei sacrae
ad usum
profanum,
quando li-
cita.

lib. 3, cap. 4 et seqq. — ⁶ Sess. 4, in fine. — ⁷ Tr. 21, cap. 12, n. 32. — ⁸ Tr. 21, cap. 12, n. 32. — ⁹ Loc. cit., cap. 10, n. 145. — ¹⁰ P. 3, qu. 83, art. 3, ad 3, ex can. *Ligna ecclesiae* 38 et can. *Altaris palla* 39, de consecr., dist. 1. — ¹¹ De Euchar., disp. 81, sect. 8, n. 7, v. *Ultimo*. — ¹² Tr. 7, de 1^o Praec., qu. 2, cap. 4, qu. 7. — *Barbosa*, de Jure eccl., lib. 3, cap. 2, n. 48.

^c Dicastillus, de Poenit., disp. 9, n. 662 et 663, hanc quidem sententiam speculative probabiliorum existimat; sed priorem etiam, et cum S. Alphonso, vocat probabilem, eique «practice... inquit, facile me conformabo».

^d Vasquez rem clare inculcat, scribens in genere et absque ulla distinctione in *Opusc. de Restitut.*, cap. 5, § 1, dub. 1, n. 5: «Si furtum sit rei... non sacrae de loco sacro, est sacrilegium, eo quod est etiam contra religionem et immunitatem rerum sacrarum vel locorum; et hoc est vere furtum, sed est in alia specie sacrilegii».

^e Sanchez, de Matrim., lib. 9, disp. 15, n. 31, hoc revera dicit, sed disputans de materia simili, nempe de conjugali copula.

^f Sanchez, loc. cit., n. 39, citatur a S. Al-

phonso ex Viva, et ita quidem docet; sed ibi loquitur de iis ecclesiis, «quae auctoritate episcopi sunt erectae, ad cultumque divinum destinatae».

41. — ^a Palao, tr. 8, disp. 1, punct. 6, n. 25, non requirit ut res totaliter immutetur; nam etsi negat posse laicis tradi res illas, manente eadem forma; attamen: «Si benedictio vel consecratio deperdat, alicui videri potest licitum esse rem, quae benedicta et consecrata fuit, profanis usibus deservire posse. Quis enim negabit ex calice confracto vas aliquod profanum effingi posse, et ex veste aliqua sacerdotali jam rupta aliquam profanam componi posse?... Censeo probabile, secluso scandalo, nullum, vel levissimum peccatum, in hac applicatione intervenire».

fanum convertere: ita ipse [Roncaglia] cum Bonacina ^{b)}, Palao ^{a)}, Suarez et Barbosa; secus, si totaliter non difformetur. — Hinc non licet ex veteri casula vestes profanas resarcire: et hoc adhaeret ei quod dicit S. Thomas supra. Ideo alii dicunt, non licere huiusmodi vestes ad usus profanos vendere aut oppignorare. — Vide Salmant. ¹.

42. - Quaeritur 2^o. *An laesio quorumcumque bonorum ecclesiasticorum sit sacrilegium?* — Resp. negative; sed tantum bonorum, quae pertinent ad ornatum ecclesiae et ministrorum, deinde ea quae sunt deputata ad sustentationem ministrorum, ut loquitur S. Thomas ². Ly ad sustentationem ministrorum intellige, quales sunt, ut recte dicit Tamburinius ³.

Quaeritur 3^o. *An sit sacrilegium iniuste detinere legata relictia Ecclesiae pro ejus servitio?* — Affirmat Lessius ⁴. Sed negant Tamburinius ⁵ cum Palao, et Salmant. ⁶, etc.: quia, donec dicta bona ab Ecclesia non possideantur, non sunt sacra.

Quaeritur 4^o. *An sit sacrilegium non solvere decimas?* — Affirmat Lessius ^{a)}, Elbel ⁷ cum Valentia, Sporer ^{b)}, etc. Sed negant Croix ⁸, et Tamburinius ⁹ cum Palao; dicunt tamen esse peccatum gravius irreligiositatis, quia solutio decimarum est ordinata in recognitionem divini domini.

Suar., loc. cit. - *Barbos.*, loc. cit. - ¹ Loc. cit., cap. 10, n. 147. - ² 2^a 2^{ae}, qu. 99, art. 3, corp. - ³ Decal., lib. 2, cap. 6, § 3, n. 9. - ⁴ Lib. 2, cap. 45, dub. 3, n. 18, v. *Septimo*. - ⁵ Loc. cit., n. 10. - *Pal.*, tr. 17, disp. 2, punct. 3, § 2, n. 10. - ⁶ Tr. 21, cap. 12, n. 35. - ⁷ De Sacrileg., n. 569. - *Valent.*, in 2^{am} 2^{ae}, disp. 6, qu. 15, punct. 1, v. *Item ex sententia*. - ⁸ Lib. 3, part. 1, n. 52. - ⁹ Decal., lib. 2, cap. 6, § 3, n. 11. - *Pal.*, tr. 17, disp. 2, punct. 3, § 2, n. 10. —

^{b)} Bonacina citatur a Roncaglia sicut Palao, pro hac distinctionis parte; sed ipse absolute et absque ulla distinctione, *disp. 3, de 1^o Praec., qu. 1, punct. 4, n. 14*, negat vasa sacra aut sacras vestes posse in profanos usus converti.

42. - ^{a)} Lessius, *loc. cit.*, non loquitur expresse de decimis, clare tamen inculcat earum retentionem sacrilegam esse, cum dicat sacrilegium esse invasionem « bonorum vel jurium ecclesiasticorum ».

^{b)} Elbel, postquam diversos modos exposuit, quibus reale sacrilegium committitur, haec verba subdit: « Vide... Sporer ». — Et re quidem vera, Sporer, *loc. cit.*, nempe, *tr. 2,*

43. - Notandum quod per meros actus internos non violatur sanctitas loci. Ideoque non committit sacrilegium, qui in ecclesia habet voluntatem occidendi hominem extra illam; secus, si quis extra ecclesiam proponit occidere in ecclesia. — Ita Salmant. ¹⁰ cum aliis communiter.

Palao ¹¹ tenet, omittere sacramenta tempore debito esse sacrilegium. — Probabilius vero negatur; sed esse dicitur peccatum contra obedientiam Ecclesiae debitam. Salmant. ¹².

44. - Item notandum est, quod censurae contra sacrilegos latae non incurrunt ipso facto, nisi a percutientibus clericum. Itemque, a violentibus immunitatem ecclesiasticam, imponendo tributa, usurpando bona; et ab effringentibus ecclesias, et simul exspoliandis rebus sacris, ex cap. *Conquesti 22, de sentent. excom.* Vide Salmant. ¹³ — Incendiarios autem ecclesiarum, probabilius est non esse excommunicatos ipso facto: ut Salmant. ¹⁴ cum Cajetano, Silvestro, Navarro.

45. - Grave sacrilegium committit, qui furatur reliquiam etiam in parva quantitate, si scit dominum ob hoc esse valde contristandum. — Ita Leander, Prado ^{a)}, Navarrus ^{a)}, Molina ^{a)}, apud Salmant. ¹⁵.

46. - Quaeritur 5^o. *An tempus sit obiectum sacrilegii*, scilicet, si quis peccet die festo, etc.? — Negant Lugo ¹⁶, et Salmant. ¹⁷

¹⁰ Tr. 21, cap. 12, n. 28. - ¹¹ Tr. 17, disp. 2, punct. 3, § 3, n. 2. - ¹² Loc. cit., n. 38. - ¹³ Loc. cit., n. 40. - ¹⁴ Loc. cit., n. 40. - *Cajetan.*, v. *Excommunicatio*, cap. 22. - *Silvest.*, v. *Excommunicatio VII*, n. 13, v. *Septima*. - *Navarr.*, Man., cap. 27, n. 94. - *Leander*, Decal., tr. 7, disp. 4, qu. 24 et 27. - ¹⁵ Tract. 21, cap. 10, num. 108. - ¹⁶ De Poenit., disp. 16, num. 519 et seqq. - ¹⁷ Tr. 21, cap. 12, num. 36.

in *1^{um} Praec., cap. 10, n. 29*, multa realis sacrilegii exempla adducit, sed nullam mentionem facit decimarum; at n. 32, affirmat bonorum ecclesiasticorum mobilium et immobilium (quibus sane decimae comprehenduntur) occupationem, detentionem aut defraudationem, « si non proprie sacrilegium, aliquam saltem rationem sacrilegii » habere.

45. - ^{a)} Prado, *Theol. mor., cap. 22, qu. 2, § 1, n. 8*; Navarrus, *Man., cap. 17, n. 2*; Molina, *de Just. et Jure, tr. 2, disp. 685, n. 8*, generale principium statuunt, nempe: lethale peccatum esse rem etiam parvam alicui surripere, si hinc dominus valde sit contristandus. Et revera pro hoc tantum principio a Lean-

Actu mere interno non violatur locus.

Exceptio.

Omissio sacramenti non est sacrilegium.

Censurae contra sacrilegos.

Furari reliquiam, sacrilegium.

Violare tempus, quando sacrilegium.

cum Lessio ^{b)} et Palao, et Tamburinius ¹: nisi notabilis irreverentia irrogetur cultui divino; ut si quis in die Veneris sancti exhiberet comoedias, ludos publicos, etc.

47. - Quaeritur 6^o. *An violatio voti sit sacrilegium?* — Negant Tamburinius ² cum Suarez, et Palao ³: dicunt enim, esse peccatum perfidiae, seu contra fidelitatem Deo debitam; ut Croix ⁴ cum Tamburinio ⁵. Affirmat vero S. Thomas ^{a)}, et sequuntur Salmant. ⁶.

Qui autem violat votum castitatis, probabilius committit sacrilegium. — Vide Elbel ^{b)}.

48. - « 4^o. Peccatur etiam sacrilegio, « peccato omissionis; v. gr. si quae ad sacrificium spectant, ut corporalia et si « milia, sint valde immunda. — Bonacina ⁷ ». [Qui cum Filliuccio, Suarez, Reginaldo, etc., dicit esse mortale. Vide *Lib. VI, n. 386*].

« 5^o. In confessione exprimenda est « species et materia sacrilegii. — Ratio « prioris est, quia saepe diversam mali-

Pal., tr. 17, disp. 2, punct. 3, § 2, n. 11. - ¹ Method. confess., lib. 2, cap. 7, n. 40. - ² Decal., lib. 2, cap. 6, § 3, n. 13. - *Suar.*, de Relig., tr. 3, lib. 3, cap. 3, n. 5. - ³ Tr. 17, disp. 2, punct. 3, § 2, n. 2. - ⁴ Lib. 3, part. 1, n. 55. - ⁵ Decal., lib. 2, cap. 6, § 3, n. 13. - ⁶ Tr. 21, cap. 12, n. 22. - ⁷ Disp. 4, de Euchar., qu. ult., punct. 9, n. 24. - *Fill.*, tr. 5, cap. 4, n. 128. - *Suar.*, de Euchar., disp. 81, sect. 6, n. 8, v. *Ultima pars*. - *Regin.*, lib. 29, n. 195. - *Gordon.*, lib. 6, qu. 9, n. 8. - ⁸ Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 2, § 1, n. 11. - *Suar.*, de Euchar., disp. 81, sect. 8, n. 5, v. *Ter-*

tiam habet, v. gr. percussio sacerdotis, « et fornicatio cum eodem. Ratio posterioris est, quia etiam materia aliquando « auget et addit malitiam; v. gr. si sit « contra Eucharistiam, addit, secundum « Gordonum, communi violationi rei sa- « crae, aliud peccatum contra latrariam.

« Attingere autem nuda manu calices, « patenas, aras, agnos cereos, etc., chris- « mate delibuta, non licet feminis et lai- « cis ». [Licet vero clericis etiam primae tonsurae: ut Tamburinius ⁸ cum Suarez]. — « Citra contemptum tamen non est « mortale, si vacua sint; et si causa sub- « sit, nec veniale. Suarez, Tamburinius ⁹. « Sine causa autem, veniale esse docet « Suarez, Coninck et alii communiter; « licet Tamburinius ¹⁰ ex Sà ^{a)}, etc., con- « trarium censeat probabile ». [Cum Soto et Bartholomaeo ab Angelo. Sed Sà ^{a)} apud Tamburinium; et Sotus, Henriquez, Sanchez, Fagundez ^{a)} et Tamburinius apud Pasqualigo (ut refert Croix ¹¹), censent nullum esse peccatum. Pro monialibus

hum exemplum. — *Suar.*, loc. cit. - ⁹ Loc. cit., n. 12. - *Suar.*, loc. cit., sect. 8, n. 5. - *Coninck*, de Sacram., qu. 83, num. 249. - ¹⁰ Loc. cit., num. 12. - *Sotus*, in 4, dist. 13, qu. 2, art. 3, dub., v. *Sed circa hoc*. - *Barth.* ab Angelo, Exam. confess., dialog. 5, de Missa, § 321. - *Tambur.*, loc. cit., num. 12. - *Sotus*, loc. cit. - *Henriq.*, lib. 9, cap. 28, num. 3, lit. y, comment. - *Sanct.*, Decal., lib. 2, cap. 48, n. 27. - *Tambur.*, loc. cit., num. 7 et 12. - *Pasqual.*, de Sacrific. Miss., qu. 838, num. 4. - ¹¹ Lib. 6, part. 2, num. 358.

dro adducuntur, a quo Salmant. illos mutati sunt.

^{b)} Lessius, citatur quidem a Salmant. ut refert S. Alphonsus; ipse tamen, *lib. 2, cap. 45, n. 18*, dicit solum ad sacrilegii speciem reducendum, « si dies sacri operibus servilibus, vel aliis prohibitis violentur... quamvis et hic satis imperfecte ratio sacrilegii reperiri videatur ».

47. - ^{a)} S. Thomas, *2^a 2^{ae}, qu. 99, art. 3, ad 3*, de violatione voti castitatis et continentiae loquitur; cfr. etiam *qu. 154, art. 1, ad 3; art. 10, ad 2*. Utrum vero S. Thomas de voto castitatis simplici aequae ac de solemnii haec pronuntiet, non satis liquet; videtur tamen idem (quod ad sacrilegium attinet) de utroque tenere; nam in *4, dist. 38, qu. 1, art. 3, quaestione 2*, scribit quidem: « Cum... in voto simplici non sit nisi simplex promissio proprii corporis ad continentiam Deo servandam facta, post votum simplex, adhuc remanet homo dominus corporis sui ». Sed *ibid., quaestione 3, ad 1*, mentem suam his verbis explicat: « Vo-

tum simplex quoad Deum, dicitur non minus obligare quam solenne, in his quae ad Deum spectant, sicut est separatio a Deo per peccatum mortale, quia mortaliter peccat frangens votum simplex, sicut solenne; quamvis gravius sit peccatum frangere solenne, ut sic comparatio in genere accipiat, non in determinata quantitate reatus ».

^{b)} Elbel, de *Sacrileg.*, n. 584, probabile putat violationem voti castitatis simplicis, rationem sacrilegii non habere; quamvis oppositum existimet etiam probabile.

48. - ^{a)} Sà (ut notat ipse Tamburinius) multum favet huic sententiae, scribens in edit. genuina, v. *Sacra, n. 3*: « Sacra tangi a laicis sine contemptu, aut nullum peccatum est aut levissimum ». — Idemque omnino dicunt auctores a S. Alphonso allati; scilicet Sotus, Barthol. ab Angelo, Henriquez et Sanchez *locis cit.* — Fagundez tamen, quem Pasqualigo adducit, tamquam negantem ullum esse peccatum, negat tantum, de *1^o Praec. Eccles., lib. 3, cap. 21, n. 28*, peccatum esse mortale.

Tactus rei consecratae.

vero adest privilegium; ut Salmant. ¹⁾: «uti et si corporalia vel purificatoria la-
«ventur ab iisdem». [Vide Lib. VI, n. 387].
«Caetera autem, quae Eucharistiam
«immediate non contingunt, nec chris-
«mate unguuntur, ut mappas, vestes sa-
«cerdotales, immediate contingere omni-
«bus licet. Suarez, Laymann, Tamburi-
«nius ²⁾, ubi ex Palao, etc., idem concedit
«de reliquiis: sicut etiam, ut easdem the-

«cis inclusas penes se habeant; vel laici
«in publicis processionibus gestent. Idem
«docet cum Laymann, de pyxide sive ci-
«borio et lunula benedictis, quando sa-
«cram Eucharistiam nondum continue-
«runt. Item, de corporalibus, pallis et
«purificatoriis, quando post sacrum usum
«lota sunt: ex Laymann et Bonacina ^{b)};
«imo etiam ante lotionem: Laymann ^{c)},
«Tamburinius ³⁾».

DUBIUM III.

De Simonia.

ARTICULUS I.

QUID SIT, ET QUOTUPLEX.

49. Quid est Simonia, et quotuplex. — 50. An possit dari parvitas materiae in simonia.
— 51. Quando sit simonia dare temporale pro spirituali. — 52. An sit simonia dare
beneficium alicui, ut se sustentet; vel sola ratione amicitiae aut precum. — 53. An
sit simonia deducere in pactum obligationem antidoralem. — 54. An, dare spirituale
principaliter ob temporale. — 55. An sit simonia accipere aliquid pro administratione
sacramentorum. Et an principaliter ob lucrum temporale ab eis captandum. —
56. Quid intelligatur per munus a manu. — 57. An sit simonia dare mutuum ob
spirituale. — 58. An solvere pensionem ob beneficium. — 59. An dare aliquid, ut
alter praestet quid spirituale pro se ipso accipiente. — 60. An, dare beneficium cum
aliquo onere spirituali. An resignare vel praesentare cum onere. — 61. Quid, per
munus ab obsequio. — 62. An sit simonia inservire ob beneficium. — 63. Quid, per
munus a lingua. — 64. An sit simonia dare aliquid mediatori, ut obtineat tibi bene-
ficium. — 65. Quid, si sit intercessor mediatus. — 66. Quid, si promittas dare elee-
mosynam alicui monasterio. — 67. Quae sit simonia mentalis. Quae conventionalis.
Quae realis. — 68. Quae juris divini, quae humani. — 69. An detur simonia tantum
de jure humano. — 70. An vendere beneficia, sit simonia de jure divino. — 71. An
sit simonia vendere juspatronatus. Et an de jure divino. An vendere jus sepulturae.
— 72. An beneficia possunt permutari. — 73. Quomodo possit permutari beneficium
cum pensione. Et cujus auctoritate. Et an episcopi possint pensiones constituere.
(Usque ad n. 76). — 77. Quomodo in beneficiis liceat transigere. (Usque ad n. 80). —
81. Quomodo fieri possint renuntiationes beneficiorum. (Usque ad n. 84). — 85. Quo-
tuplex sit simonia confidentialis, et quae ejus poenae. (Usque ad n. 90). — 91. Quomodo
fiat simonia pro ingressu ad religionem. — 92. An liceat aliquid accipere pro susten-
tatione ingressuri. — 93. An liceat pro catechizando, etc. — 94. An, pro instruendo
aliquo in sacra doctrina. — 95. An, pro absolvendo, etc. — 96. An, pro danda dispen-
satione in matrimonio. — 97. An liceat dare aliquid, ut alter omittat rem spiritua-
lem. — 98. An ad redimendam vexationem. — 99. An possit pecunia redimi vexatio
circa possessionem beneficii. — 100. Quid, si nondum sit acquisitum jus in re. Quid,
si quis corrumpet electores, ne te eligant. — 101. Quid, si alter solis precibus impe-
diat. — 102. An possit dare pecuniam, ne alter se opponat ad tuam electionem. —
103. An, ne eligat indignum vel ut eligat dignum. An, ut non concurrat ad bene-
ficium quod tu cupis. — 104. Vide alia apud Busenbaum.

Definitur
simonia.

49. - «Resp. I^o. Simonia est studiosa
«voluntas emendi aut vendendi pretio
«temporalis aliquid spirituale vel spiri-

«tuali annexum. — S. Thomas ⁴⁾, Lay-
«mann ⁵⁾, etc.

«Dicitur I^o. Voluntas emendi, etc.; qui-

¹⁾ Tr. 21, cap. 10, n. 132. — Suar., de Euchar., disp. 81,
sect. 8, n. 5. — Laym., lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 20. — ²⁾ Me-
thod. celebr. Miss., lib. 1, cap. 2, § 1, n. 4 et 5. — Pal., tr. 8,

disp. 1, punct. 6, n. 15. — Laym., loc. cit., n. 22. — Laym.,
loc. cit., n. 19. — ³⁾ Loc. cit., n. 6 et 7. — ⁴⁾ 2^a 2^a, qu. 100,
art. 1. — ⁵⁾ Lib. 4, tr. 10, cap. 8, n. 2.

^{b)} Bonacina, disp. 4, de Euchar., qu., ult.
punct. 9, n. 22, dicit, secundum lotionem posse
fieri etiam a feminis, praesertim virginibus,

et ab iisdem refici posse corporalia et purifi-
catoria.

^{c)} Laymann a Tamburinio citatur utique

«bus verbis intelligitur quivis contractus
«oneratus, sive venditionis, sive locationis,
«sive permutationis aut renuntiationis:
«quia simonia non consistit sine pactione
«aliqua tacita vel expressa, et obligatione
«ex pacto. Quod addo, quia obligatio na-
«turalis quaecumque, ut gratitudinis sive
«antidoralis, non sufficit; v. gr. quando
«quis sperat vel intendit tantum, non ta-
«men obligat. S^a ¹⁾. Ratio est, quia non
«facit contractum. — Vide Bonacina ²⁾,
«Lessium ³⁾». [Sed vide dicenda n. 54].

«Dicitur 2^o. Pretio temporali: sive illud
«sit muneris, sive linguae, ut est laus,
«vituperium, patrociniū; sive obsequii
«et famulatus.

«Dicitur 3^o. Spirituale; quo nomine,
«intelligitur res supernaturalis ad salu-
«tem ordinata: sive sit formaliter talis,
«ut gratia et dona Spiritus Sancti; sive
«causaliter, ut sunt sacramenta, concio,
«preces et sacramentalia; sive sit effectus
«et usus potestatis supernaturalis, ut con-
«secratio, absolutio, dispensatio, benedi-
«ctio, excommunicatio, electio, praesen-
«tatio, confirmatio, collatio beneficii alii-
«que actus jurisdictionis ecclesiasticae.

«Dicitur 4^o. Spirituali annexum, ad
«comprehendendum ea quae non sunt
«per se spiritualia, sed ad ea ordinantur,
«iisque sunt annexa; sive antecedenter,
«ut juspatronatus respectu beneficii; vasa
«et vestes sacrae respectu sacramento-
«rum; sive concomitanter, ut labor in
«administratione sacramentorum, juxta
«sensum infra dicendum; sive consequen-
«ter, ut redditus beneficiorum, qui dantur
«propter officium spirituale.

«Unde patet, malitiam simoniae con-
«sistere in irreverentia quae committitur,
«dum res spirituales instar temporalium

«pretio aestimantur, et contractibus sub-
«jiciuntur; atque esse peccatum mor-
«tale ex genere suo; nec veniale fieri
«posse ex materiae levitate: quia nullum
«donum gratiae, licet parvum, potest
«vendi sine gravi irreverentia, tum ipsius-
«met doni, tum etiam Dei. Potest tamen
«esse veniale, ob actus imperfectionem
«et ignorantiam. — Suarez ⁴⁾, Azor ⁵⁾, Fil-
«liucci, Laymann ⁶⁾, Lessius ⁷⁾».

Simonia autem quadruplex est: men-
talis, conventionalis, realis et confidentia-
lis. — Mentalis est, cum quis dat tempo-
rale, cum animo obligandi ad reddendum
spirituale (aut e converso), sed absque
alio pacto. — Conventionalis est, cum
adest pactum, sed a neutra parte exse-
cutum est. — Realis autem est, cum pactum
jam est impletum. — Confidentialis
tandem tripliciter potest fieri, nempe, per
accessum, per regressum et per ingres-
sum. Dicitur: per accessum, cum renun-
tias beneficium alteri, cum pacto ut ille
deinde illud resignet, et alteri conferatur.
Per regressum, cum reservas tibi jus
reassumendi iterum beneficium in aliquo
casu. Per ingressum, si resignes benefi-
cium tibi collatum, sed nondum posses-
sum, cum pacto capiendi possessionem
illius in aliquo casu aut tempore. Vide
infra, n. 85 et 86, ubi fusius sermo de
hac confidentiali simonia redibit, et de
ejus poenis.

50. - Queritur 1^o. An possit dari par-
vitas materiae in simonia?

In simonia de jure naturali, est com-
munis sententia negativa apud Salmant. ^{a)},
et Croix ⁷⁾ cum Suarez, Sanchez, etc., con-
tra Molina, Reginaldum, etc. ⁸⁾. — Sed in
simonia tantum de jure ecclesiastico, Na-
varrus, Zerola (quibus videtur adhaerere

Quotuplex
sit simonia.

Quando
datur par-
vitas mate-
riae.

¹⁾ V. Simonia, n. 1. — ²⁾ Disp. 1, de Simon., qu. 6,
punct. 1. — ³⁾ Lib. 2, cap. 35, dub. 20, n. 115 et seqq. —
⁴⁾ De Relig., tr. 3, lib. 4, cap. 3, n. 5. — Fil., tr. 45, cap. 1,
n. 12 et 13. — ⁵⁾ Lib. 4, tr. 10, cap. 8, n. 4. — ⁶⁾ Lib. 2,
cap. 35, dub. 1, n. 2 et 3. — ⁷⁾ Lib. 3, part. 1, n. 198. — Suar.,

loc. cit., n. 5. — Sanchez, Decal., lib. 1, cap. 4, n. 1; et Consil.,
lib. 2, cap. 3, dub. 110, n. 3. — Molina, de Just. et Jure, tr. 2,
disp. 92, n. 5. — Reginald., lib. 23, n. 219. — ⁸⁾ Apud Croix, loc.
cit. — Navar., lib. 5, consil. 53, de simon. — Zerola, Praxis,
part. 1, v. Parochia, dub. 11, v. f.

pro hac sententia; sed ipse videtur potius con-
trariae adhaerere: «Statutum est, inquit loc.
cit., n. 19, ut corporalia et purificatoria ante-
quam laicis dentur, a diacono in pelvi ad id
praeparata, prius laventur, et aqua lotionis in
sacrum effundatur. Quod de prima saltem
ablutione accipiendum est, ubi consuetudo vi-

get, ut feminae, praesertim sacrae, corpo-
ralia et purificatoria, a ministro leviter lota,
iterum lavent et perficiant».

49. - ^{a)} Azor, part. 3, lib. 12, cap. 1, id non
habet quod ipsi a Busenbaum tribuitur.

50. - ^{a)} Salmant., tract. 19, de Simon.,
cap. 1, n. 8, de quacumque simonia loquuntur.

Croix ¹⁾ probabiliter docent, posse dari parvitatem materiae. Et disparitatem assignat Croix; quia, quando non accipitur temporale pro pretio rei spiritualis, sed acceptio prohibetur ad cavendum tantum speciem simoniae, reipsa non fit injuria rei spirituali; sed peccatur tantum contra praeceptum Ecclesiae: in quo potest utique dari parvitas materiae.

51. - Quaestio 2^a est: *an semper ac datur temporale pro spirituali, vel contra, sit simonia?*

Prima sententia affirmat cum Azor ^{a)}, Durando, Adriano, etc., apud Salmant. ²⁾. — Secunda sententia, quam tenent Salmant. ³⁾, et vocant communem cum Cajetano, Sanchez, Suarez, Lessio, Laymann, Tolet, etc., negat, quando datur gratis, quamvis cum animo alliciendi seu obligandi (non rigorose ex iustitia, sed tantum ex gratitudine sive ex benevolentia) alterum ad retribuendam rem spiritualem pro temporali, vel contra; ita ut obligatio alterius antidotalis seu gratitudinis, principaliter intendatur, et retributio minus principaliter; et probant ex can. *Quam pio 2, caus. 1, qu. 2*. Et hoc, etiamsi in eodem actu retributio offeratur, ex can. *Placuit 1, ibid.*

Hinc licere dicunt tibi dare aliquid episcopo, vel ei inservire (cui alias non esses serviturus), ut tibi ex gratitudine conferat beneficium; dummodo absit aliud pactum, ut dicunt Salmant. ⁴⁾ cum

Soto, Suarez, Valentia et communi. Et dummodo non inservias, ut episcopus conferat tibi beneficium, quasi pretium tui obsequii; ut bene notat doctus Pater Elbel ⁵⁾. — E converso, si inservis primario ad captivandam episcopi benevolentiam, et secundario ad obtinendum beneficium, non committis simoniam, etiamsi, amota spe beneficii, non inservires; ut dicunt Salmant. ⁶⁾ cum aliis. Et etiamsi talem spem exprimas superiori, ut addunt Valentia ^{b)}, Palaus ^{b)}, Sotus ^{b)}, Rodriguez ^{b)}, etc., apud Salmant. ^{b)}; quia licitum est, ut ajunt, petere ab alio, quod ille ex naturali obligatione praestare tenetur. Sed sapienter monent Mazzotta ⁷⁾, et Croix ⁸⁾ cum Suarez, id cavendum ob periculum pactionis, aut saltem scandali; maxime si detur aliquid tempore quo agitur de conferendo beneficio.

Caeterum, recte advertunt Roncaglia ⁹⁾, et ipsi Salmant. ^{c)} cum Sanchez ^{c)}, Bonacina ^{c)}, etc., quod, ubi alius deest titulus, nempe stipendii, tollendae injustae vexationis, etc., quando datur aliquid solo intuitu obtinendae rei spiritualis, vel contra; praesumenda tunc sit intentio saltem virtualiter simoniaca, scilicet, commutandi temporale cum spirituali: nisi constet de opposito, vel aliter colligatur ex circumstantiis, nempe ex parvitate muneris, ex pietate vel nobilitate dantis, etc. — Et hoc constat ex cap. *Tua nos, de sim.*, ubi Pontifex loquens de illo, qui

Etsi exprimat
spem
obtinendi
beneficii.

Id tamen
periculo-
sum est.

Praesu-
menda si-
monia, si
desit titu-
lus.

Dare be-
neficium ex
gratitudine
non est si-
monia.

Neque dare
ad sustentationem.

Neque collatio grati-
tudo facta in-
digno ex a-
micitia.

bona sua Ecclesiae donabat, rogans ut ad canonicatum admitteretur, et de canonicis eum admittentibus, ait: *Si tamen is qui talem donationem facit, ea intentione ducatur, ut per temporalia bona... spiritualia valeat adipisci; et clerici, qui eum in fratrem admittunt, non essent eum, nisi commoda temporalia perciperent, admissuri: sine dubio tam ille quam isti, apud districtum iudicem... culpabiles judicantur*. Vide quae dicuntur n. 54. — Et maxime nequit excusari a simonia mentali (ut bene sentiunt Roncaglia ¹⁾ et Elbel ²⁾) is, qui episcopo gratis inserviret animo eum obligandi ex gratitudine, etsi non ex iustitia, ad retribuendum beneficium; juxta mox dicenda n. 53.

Non autem damnandus de simonia episcopus, qui beneficium confert clerico in recognitionem gratitudinis ob obsequium praestitum; ut dicunt Elbel ³⁾, et Croix ⁴⁾ cum Suarez.

52. - Item, si episcopus conferat beneficium gratis alicui, ut se honeste sustentet, non est simonia: Croix ⁵⁾ cum Lessio ^{a)}, Laymann ^{a)}, etc. — Immo collatio facta indigno, sola ratione consanguinitatis, amicitiae, sed gratis, est quidem illicita, sed non simoniaca. Ita Salmant. ^{b)} cum Cajetano ^{c)}, Suarez ^{b)}, Palaus, etc. Idque docet D. Thomas ⁶⁾, dicens: *Si aliquis aliquid spirituale alicui conferat gratis propter consanguinitatem vel quamcumque carnalem affectionem, est quidem illicita..., non tamen simoniaca... Unde hoc*

non pertinet ad contractum... venditionis, in quo fundatur simonia.

Utrum autem committat simoniam episcopus qui dat beneficium indigno, propter preces alterius?

Videtur universe affirmare D. Thomas ⁷⁾: quia videtur episcopus hoc facere ad favorem humanum acquirendum. Sic enim S. Doctor ait: *Videtur... ad hoc* (scilicet ad favorem humanum) *principaliter intendere, qui preces pro indigno porrectas exaudit*. Et sic quidem dicendum, si revera det beneficium ad talem favorem adipiscendum: imo, ut bene addit Angelicus, hoc erit simonia, etiamsi clericus sit dignus beneficio. — Caeterum, absolute loquendo, probabiliter dicunt Elbel ⁸⁾, Lacroix ⁹⁾, et Laymann ¹⁰⁾ cum Lessio ^{a)}, Suarez, Navarro, Cajetano ^{a)}, etc., non esse simoniacum episcopum, qui ad preces alterius, etiam indigno beneficio confert, sed nullo habitu respectu ad favorem humanum acquirendum; quia revera tunc nulla intervenit venditio spiritualis cum temporali. — Illud autem quod dicit Lacroix ¹¹⁾, nempe, nec esse simoniam, si conferat ad se liberandum ab aliquo injusto damno, minime admittendum puto: nam, licet damnum sit injustum, semper tamen videtur intercedere aliqua commutatio rei spiritualis cum utilitate temporali.

53. - Quaeritur autem hic 3^o. *An sit simonia, deducere in pactum obligationem antidotalem?*

¹⁾ Lib. 4, n. 632. — Durand. a S. Portiano, in 4, dist. 25, qu. 4. — Adrian., Quodlib. 9, art. 2, dub. 1, § Circa definitionem, et seqq., et art. 3, lit. D. — Tr. 19, de Simon., cap. 1, n. 26. — Loc. cit., a n. 27 ad 32. — Cajetan., in 2^a 2^a, qu. 100, art. 2, i. f.; et Sum., v. Simonia. — Sanchez, Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 28, n. 3 et 7. — Suarez, de Relig., tr. 3, lib. 4, cap. 45, n. 4 et seqq. — Less., lib. 2, cap. 35, dub. 20, n. 115 et seqq. — Laym., lib. 4, tr. 10, cap. 8,

n. 26. — Tolet., lib. 5, cap. 84, n. 2. — Loc. cit. n. 55 et 56. — Sotus, de Just. et Jure, lib. 9, qu. 7, art. 3, v. Ad 1^{am}. — Suar., loc. cit., cap. 45, n. 4. — Valent., in 2^a 2^a, disp. 6, qu. 16, punct. 3, v. Secundo. — De Simonia, n. 618. — Loc. cit., n. 55. — Tr. 3, disp. 5, qu. un., cap. 1, § 2, num. 1. — Lib. 3, part. 1, num. 74. — Suar., loc. cit., cap. 45, num. 8. — Tr. 7, de 1^a Praec., qu. 3, cap. 1, qu. 5.

51. — a) Azor male a Salmant. pro hac sententia adducitur; quamvis enim, part. 3, lib. 12, cap. 13, quaer. 3, § Hinc orta, simoniam esse dicat preces offerre ad consequendum beneficium, ab eo qui velit se obligare ei qui beneficium propter preces offert, aut ei obligationem remittere etiam antidotalem; at, ibid., § Annotandum, negat culpam admitti, ab eo qui rem ex liberalitate donaret, quamvis secundario spem consequendi beneficii habeat.

b) Salmant., n. 56, auctores citant pro casu, quo quis beneficio renuntians, spem suam superiori exprimat, ut alius a renun-

tiante designatus beneficium consequatur. — Et ita sane habent Valentia, loc. cit., punct. 3, qu. 4, v. Secunda circumstantia; Palaus, tr. 17, disp. 3, punct. 4, n. 2. — Sotus vero, loc. cit., art. 2; Rodriguez, Sum., part. 2, cap. 58, n. 8, minus recte, etiam quod casum expositum, adducuntur.

c) Salmant., loc. cit., n. 57, dicunt primo standum esse intentioni dantis et recipientium; pro quo auctores citant; qui ita revera tenent, scilicet: Sanchez, loc. cit., dub. 28, n. 9; Bonacina, de Simon., disp. 1, qu. 1, § 2, n. 2, loquentes de foro interno. Hinc ipsi

Salmant. colligunt praesumendum simoniam adesse, ubi alius titulus deficit; sed auctores allati id dicunt de foro externo.

52. — a) Lessius, lib. 2, cap. 35, dub. 8, n. 47; et Laymann, lib. 4, tr. 10, cap. 8, n. 27, casum exponunt modo aliquantulum diverso, negantes scilicet simoniam esse, si quid clerico ad ejus sustentationem detur, sub conditione rei seu ministerii spiritualis.

b) Salmant., tr. 19, cap. 1, n. 38; Suarez, loc. cit., cap. 37, n. 6, nulla facta mentione de indigno, negant collationem, factam alicui ratione solius consanguinitatis, esse simoniacam.

⁷⁾ Loc. cit., qu. 100, art. 5, ad 3. — De Simonia, num. 612. — Lib. 3, part. 1, num. 84. — Lib. 4, tr. 10, cap. 8, num. 26. — Suar., de Relig., tr. 3, lib. 4, cap. 40, num. 3. — Navar., Man., cap. 23, num. 102, vers. Decimo. — Lib. 3, part. 1, num. 84.

c) Cajetanus, non recte citatur a Salmanticensibus; nam, in 2^a 2^a, qu. 100, art. 5, casum de quo hic disputatur, silentio praetermittit.

d) Lessius, lib. 2, cap. 35, dub. 20, n. 118; Cajetanus, v. Simonia, § Quinto nota, loquuntur de conferente beneficium propter munus a lingua, scilicet propter preces et commendationem, quas ipse conferens in sui favorem alteri faciendas esse sperat. Et in eo casu ita exposito negant inesse simoniam, nisi adsit pactum expressum aut tacitum, vel nisi preces istae aut commendatio habeant rationem pretii.

Collatio facta indigno propter preces, quandoque simoniaca.

Quandoque non.

Ad liberandum se a damno injusto, simonia.

Pactum de
gratitudine
alii negant
esse simo-
niacum.

S. Doctor
affirmat.

Alii di-
stinguunt.

Negant Hurtadus, Coelestinus, Rocafull^{a)}, etc. apud Diana¹; item ipse Diana cum Vidal et Joanne de Soria, quamvis² in praxi hoc non approbet. Ratio istorum: quia non censetur simonia committi, quando pactum fit de obligatione gratitudinis quae jam inest. Quapropter dicunt, si licebit aliquid spirituale intendere ex gratitudine obtinere, cum quis praestat aliquid temporale; licebit etiam id in pactum deducere. — Sed omnino affirmandum cum sententia communi, quam tenent Laymann³, Viva⁴, Elbel⁵, et Suarez, Bonacina, Filiucci, Covarruvias^{b)}, ac alii apud Salmant.⁶ Ratio, quia ex pacto illo novum inducitur onus.

Distinguunt autem Salmant.⁷ cum Valentia^{c)}, Cajetano^{c)}, Palao^{c)}, Lessio^{c)}, etc.; et dicunt, quod si pactum novam obligationem non addat praeter antidoralem, puta, si des aut promittas alteri pecuniam, ut ipse sit obligatus ad tibi in genere remunerandum, non est simonia; quia nullum novum onus imponitur. Sic etiam, si petas aliquid spirituale gratis, sine obligatione rigorosa: quemadmodum frequenter dantes eleemosynam solent a paupere preces petere. Et in hoc revera consentiunt omnes, etiam auctores secundae sententiae. Secus autem censent, si pactum novam obligationem adderet; et hoc esset, quando peteretur in specie quid spirituale pro re temporali tradita: nisi ibi alius titulus interveniret, nempe stipendii, damni emergentis, etc., ut infra. — Sed neque distinctio haec mihi

ullo modo arridet. Nam (ut bene arguunt Viva⁸ et Roncaglia⁹) pactum semper aliquam novam invehit saltem fidelitatis obligationem; quae, cum sit aliquo pretio aestimabilis, certe pactum simoniacum reddit. Ideo enim in can. *Quam pio, caus. 1, qu. 2*, dicitur: *Omnis absit pactio, omnis cesset conventio*; quoniam in hac materia quodcumque pactum, quomodocumque onerosum, est simoniacum, etiamsi non obliget rigore ex justitia. — Et idem dicendum de hujusmodi pacto in contractu mutui; ut probat Viva¹⁰.

Praeterea, hic advertendum cum Viva¹¹ et S. Thoma¹², quod, licet possit mutuator exposcere a mutuuario, ut satisfaciatur suae obligationi antidorali (intellige semper sine pacto; itemque si exposcatur satisfactio illa, non vero promissio: quia, petita promissione, etiam peteretur nova obligatio fidelitatis, ut mox diximus, quod adhuc in mutuo illicitum est): ratio, quia mutuator dat quod suum est; hoc tamen nequit exposcere dans aliquid spirituale, praecise ob ejus collationem: quia suum non praestat, sed quod Christi est. Unde, licet possit aliqua gratitudo exerceri erga collatorem rei spiritualis ob ejus benevoluntatem; non potest tamen exerceri in gratuitam compensationem ipsius rei spiritualis.

54. — Quaeritur 4^o. *An sit simonia mentalis, dare spirituale principaliter ob temporale vel contra?*

Negant Sotus, Valentia, Cajetanus^{a)}, Sanchez, Lessius, Laymann, etc. apud

Reprobatur
distinctio.

Simonia
est dare spiri-
tuale principaliter ob
temporale.

Salmant.¹ — Sed omnino est affirmandum. Et contrariam opinionem recte asserunt Salmant.², fuisse damnatam ab Innocentio XI, in propositione 45, quae dicebat: *Dare temporale pro spirituale non est simonia, quando temporale non datur tamquam pretium, sed dumtaxat tamquam motivum conferendi vel efficiendi spirituale; vel etiam quando temporale sit solum gratuita compensatio pro spirituali, aut e contra*. Et propositione 46: *Et id quoque locum habet, etiamsi temporale sit principale motivum dandi spirituale; imo, etiamsi sit finis ipsius rei spiritualis, sic ut illud pluris aestimetur, quam res spiritualis*.

Merito hoc damnatum est. Nam, quamvis ibi dicatur *ob motivum*, non pretium; et certum sit, simoniam non committi, nisi interveniat venditio rei spiritualis: attamen ibi revera motivum idem est quam pretium. Quando enim, ut recte notant Viva³ et Salmant.⁴, datur res mere spiritualis, uti sunt sacramenta, beneficia, etc., principaliter propter temporalem rem alicujus magni momenti (secus, si parvi), quae apta sit moraliter pervertere voluntatem alterius; tunc spirituale difficile datur omnino gratis, sed practice datur cum aliquo pacto implicito imponendi alteri novam obligationem: et sic motivum virtualiter convertitur in pretium. — Et hoc patet ex ipsa dicta propositione 46, ubi additur in fine: *Imo, etiamsi [temporale] sit finis ipsius rei spiritualis, sic ut illud pluris aestimetur, quam res spiritualis*.

55. — Quaeritur 5^o. *An liceat accipere aliquid pro administratione sacramentorum?*

¹ Tr. 19, de Sim. n., cap. 1, n. 59. — ² Tr. 19, de Simonia, cap. 1, n. 60. — ³ In propos. 45 Innoc. XI, n. 6. — ⁴ Tr. 7, qu. 3, cap. 2, qu. 2, resp. 1. — ⁵ Tr. 19, cap. 2, n. 19. — ⁶ Cajetan., in 2^a 2^a, qu. 100, art. 3, v. *Patet tertio*. — ⁷ Sotus, de Just., lib. 9, qu. 6, art. 1. — ⁸ Less., lib. 2, cap. 35, dub. 8, n. 53 et 54. — ⁹ Sanchez., Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 10, n. 2. — ¹⁰ Tolet., lib. 5, cap. 88, n. 2. — ¹¹ Tr. 5, de Relig., dist. 3, qu. 3, n. 28. — ¹² Theor. et prax., lib. 5, cap. 5, n. 14. —

Resp. 1^o. Quod in administratione sacramentorum aliarumque functionum spiritualium, est simonia accipere pecuniam, tamquam pretium rei sacrae, vel laboris intrinseci in iis actionibus requisiti. Secus, si labor sit extrinsecus; puta si sacerdos deberet celebrare cum cantu, vel tali hora, aut loco, et simili. — Ita Roncaglia¹, et Salmant.² cum Cajetano, Soto, Lessio, Sanchez, Palao^{a)}, Toletus et aliis communiter.

Resp. 2^o. E converso, non est simonia accipere pecuniam, non ut pretium, sed ut stipendium sustentationis, etiam pro labore intrinseco in talibus ministeriis impendendo. Unusquisque enim, qui in commodum alterius se occupat, debet ex justitia ab eo sustentari; ex illo Lucae x, 7: *Dignus est... operarius mercede sua*. — Ita communiter etiam DD., ut Anacletus³, Cabassutius⁴, et Suarez, Lessius, Toletus, Sanchez et alii apud Salmant.⁵, cum S. Thoma⁶, qui sic docet: *Vendere quod spirituale est in hujusmodi actibus, aut emere, simoniacum est. Sed accipere aut dare aliquid pro sustentatione ministrantium... secundum ordinationem Ecclesiae et consuetudinem approbatam, licitum est*. Haec autem consuetudo invenitur approbata ex cap. 12, de praebend. et can. *Ex his 22, caus. 12, qu. 1*.

Idque currit, etiamsi minister aliunde sit locuples ex bonis propriis vel ecclesiasticis; ut adhuc communiter dicunt Roncaglia, et Salmant.¹⁰ cum Suarez, Lessio, Sanchez, etc., ac S. Thoma, praecipue in *Quodlib. 6, art. 10*: quia, ut ait Apostolus I Cor. ix, 7: *Quis militat suis stipendiis unquam?* Hinc licitum est etiam de tali stipendio pacisci, dummodo non

Accipere
aliquid pro
sacramen-
tis, quando
sit simonia.

Quando
non.

Accipere
ut stipen-
dium, nun-
quam simo-
nia.

Etsi mini-
ster sit di-
ves.

Pacisci de
stipendio, li-
citur.

Gaspar Hurtadus, de Just. et Jure, tr. de Contract., disp. 3, de Usur., diff. 7, i. f. - Coelestin. Suesion., Comp. pend. theol. mor., tr. 7, cap. 4, n. 3. - ¹ Part. 6, tr. 7, resol. 42; et part. 10, tr. 15, resol. 5. - Diana, part. 11, tr. 6, resol. 31. - Vidal, Arca vital., tit. de Simon., inquisit. 2, n. 45. - Joan. de Soria, Epilog. summar., part. 2, tit. 1, sect. 4, disp. 5, de Simon., v. *Idem de re vendita*. - ² Part. 6, tr. 7, resol. 42; et part. 11, tr. 6, resol. 31. - ³ Lib. 4, tr. 10, cap. 8, n. 9. - ⁴ In propos. 45 Innoc. XI, n. 2. - ⁵ De Simonia, n. 596. - Suar., de Relig., tr. 3, lib. 4, cap. 45, n. 9. - Bonac., de Simon., disp. 1, qu. 6,

punct. 1, n. 7. - Fill., tr. 45, cap. 10, n. 23. - ⁶ Tr. 19, cap. 1, n. 64. - ⁷ Loc. cit., n. 66 et seqq. - ⁸ In propos. 45 Innoc. XI, n. 2. - ⁹ Tr. 7, de 1^o Praec., qu. 3, cap. 1, quaestiu. 5. - ¹⁰ In propos. 42 Innoc. XI, n. 6. - ¹¹ In propos. 45 Innoc. XI, n. 3. - ¹² De Malo, qu. 13, art. 4, ad 13. - Sotus, de Just. et Jure, lib. 9, qu. 6, art. 2, v. *Postremum dubium*. - Valent., in 2^a 2^a, disp. 6, qu. 16, punct. 3, qu. 2, v. *Sed possunt*. - Sanchez., Decal., lib. 2, cap. 43, n. 22; Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 12; et dub. 28, n. 7. - Less., lib. 2, cap. 35, dub. 1, n. 10. - Laym., lib. 4, tr. 10, cap. 8, num. 12.

53. - ^{a)} Rocafull, *Prax. Theol. mor., tom. 2, lib. 3, de 7^o Praec., disp. 6, sect. 2, cap. 6, n. 980*, huic sententiae adhaerere videtur; sed *sect. 4, n. 1082*, eam in praxi rejicit.

^{b)} Covarruvias, *Variar., lib. 1, cap. 20, n. 4*, male affertur a Salmant.; ibi enim prior sententiam tuetur.

^{c)} Valentia, in 2^a 2^a, disp. 6, qu. 16.

punct. 3, qu. 2, v. *Ad secundam rationem*; Cajetanus, in 2^a 2^a, qu. 100, art. 2; Palao, tr. 17, disp. 3, punct. 4, n. 4; Lessius, lib. 2, cap. 35, n. 48 et 49, negant rationem simoniae adesse in pacto de sustentatione ministris propter spirituale ministerium.

54. - ^{a)} Cajetanus, *Sum., v. Simonia*, § Circa 3^{um} caput, male citatur a Salmant.;

oppositum enim docet, scribens mentalem simoniam adesse: «quodcumque principalis intentio ad temporale habendum ex collatione spiritualis, aut e contrario, tendit».

^{b)} Salmant., loc. cit., n. 58, haec absolute dicunt, nullo habito respectu ad illum qui dat

rem spirituales principaliter necne propter temporalem.

55. - ^{a)} Palao, citatus quidem a Salmant. ut refert S. Alphonsus, ipse tamen, tr. 17, disp. 3, punct. 7, n. 1, scribit dumtaxat, pro sacramentis «pretium exigi», simoniam esse.

excedatur taxa vel consuetudo; prout dicunt Roncaglia¹ cum Laymann, Palao^{b)}, Gutierrez, et Salmant.² cum Suarez, Toletus^{c)}, Sanchez ac aliis passim. Nec obstant cap. *fin. de pactis* et cap. *Si nos, de sim.*, ubi prohibetur quodvis pactum in spiritualibus: nam praefati textus vel explicandi sunt de pactis inhonestis, ut sentit Roncaglia cum Glossa³; vel, ut asserit Lessius⁴ cum Soto, illis per contrariam consuetudinem derogatum est, prout probat^{d)} ex cap. *ult. de pactis*.

Quaeritur 6°. An pariter sit simonia celebrare Missas, administrare sacramenta, assistere in choro, concionari, et similia, principaliter ob temporale emolumentum?

Prima sententia pariter affirmat cum Viva⁵, et Cardenas cum aliis apud La Croix⁶, ex S. Thoma⁷, qui dicit, quod qui ad ecclesiam vadit principaliter ob distributiones, peccat mortaliter ob simoniam; nisi principaliter intendat Deum, et secundario distributiones. Hinc infe-

runt, ordinarie committere simoniam celebrantes in mortali. — *Secunda* tamen, probabilior quidem, sententia, quam tenent Salmant.⁸, Suarez⁹, Palaus¹⁰, Corella¹¹ cum Soto, Diana, etc.; item Sanchez, Silvester, Coninck^{e)}, Malderus et alii apud Croix¹², dicit simoniam tunc tantum intervenire, quando temporale accipitur pro pretio spiritualis, unum cum alio aequiparando; non vero quando accipitur tamquam stipendium ad sustentationem ministri, qui praedicta munera exercet: quod stipendium debetur ex iustitia, ut Elbel¹³ cum Laymann et Palao^{f)}. Confirmat Croix^{g)}, recte sic arguens: Qui dat stipendium principaliter propter Missam, quae certe res spiritualis est, numquid dicitur simoniacus? Sic vice versa neque simoniam committit, qui dicit Missam principaliter ob stipendium. Illicitum enim non est, ut notat cum Navarro^{h)} et Suarez, ordinare rem spiritua-

Probabilior
negatur.

lem, etiam principaliter ad finem temporalem honestum.

faceremus». Cui quaesito sic n. 82, respondet: «Sine peccato, inquit, potest quis haec ita a Deo sperare, sive mandata ipsius observare, aliosve actus bonos facere, ut haec a Deo obtineat».

f) Palaus his quidem verbis ab Elbel citatur: «Videatur... Palao». At re quidem vera, Palaus, *tr. 17, disp. 3, punct. 4, n. 4*, dicit solum licitum esse de stipendio pacisci.

g) Croix, *loc. cit., n. 62*, id confirmat, aliorum scilicet auctorum rationem adducens.

h) Navarrus, *Man., cap. 23, n. 101*, scribit: «Licet dare vel accipere aliquid temporale minus principaliter et tamquam pro causa impulsiva et excitativa pro spiritualibus... Causam autem impulsivam et excitativam voco etiam illam, sine qua non fieret actus, modo ille fiat principaliter ob aliam, quam ob illam». — Unde Croix rectius dixit ex Navarro (et etiam ex Suar.) rem superiorem posse honeste ad finem inferiorem ordinari, dummodo in hoc non sistatur, sed per illum ulterius ad finem alium honestum tendatur.

Nec obstat in praefata proposit. 46 ly: *Etiam si temporale sit principale motivum dandi spirituale*. Ibi enim (ut diximus in Quaestione praecedenti) *motivum* accipitur per idem ac pretium rei spiritualis. — At in casu nostro, *temporale* accipitur ut stipendium, non rei, sed personae occupatae in gratiam alterius, cui debita est sustentatio; ut supra declaratum est.

Nec etiam obstat quod ait S. Thomas¹. Nam animadvertere oportet, quod in nostro casu dupliciter potest *lucrum* intendi, vel ut finis operis, vel ut finis operantis. — Cum *lucrum* intenditur *ut finis operis*, ita ut ipsum opus spirituale intendatur vendi, tunc certe committitur simonia. Et sic intelligendus S. Doctor (ut dicunt Salmant.²), dum ibi dicit: *Et ideo simoniam committit, qui hujusmodi actum vendere intendit... Si... hujusmodi distributiones recipit, quasi finem sui operis principaliter intentum*. — Secus vero dicendum, quando *lucrum* intenditur *ut finis operantis*, scilicet ratione operationis personae occupatae in gratiam alterius; quia tunc *lucrum* accipitur pro stipendio sustentationis, et non est simonia. Hinc dicunt Salmant.³ cum Sanchez⁴, licite oeconomum accipere stipendium a parochia, ad vices suas praestandas. — Dicunt etiam⁵ cum Suarez et Laymann, quod tametsi sit simonia dare pecuniam pauperi, ut pro te applicet orationis suae impetrationem aut satisfactionem; licitum tamen est dare, ut pro te oret, ad modum stipendii. Hoc vero alia ratione admittit D. Thomas⁶, dicens: *Nec illi qui dant pecuniam pauperibus ut pro eis orent, orationem emunt; sed animos pauperum alliciunt ad orandum pro se*.

Caeterum, qui sacra ministeria pera-

¹ Quodlib. 8, art. 11. — ² Tr. 19, cap. 1, n. 61. — ³ Tr. 19, cap. 2, n. 15. — ⁴ Suar., de Relig., tr. 3, lib. 4, cap. 15, n. 9. — ⁵ Laym., lib. 4, tr. 10, cap. ult., n. 38. — ⁶ In 4, dist. 25, qu. 3, art. 2, solut. 2, ad 2. — ⁷ Tr. 19, cap. 1, n. 60. — ⁸ S. Thom., 2^a 2^a, qu. 100, art. 5. — ⁹ Loc. cit., cap. 1, n. 24. — ¹⁰ S. Thom.,

¹¹ Salmant., *tr. 19, cap. 2, n. 32*, loquuntur, non de stipendio quod parochus oeconomus pro functionibus obeundis daret, sed de stipendio quod sibi ipse parochus reservaret, committens suas functiones oeconomus. — Et ita etiam Sanchez *Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 7, n. 4; et dub. 17, n. 8*.

gunt principaliter ob emolumentum temporale, non facile excusari possunt a culpa veniali: cum sit quaedam inordinatio dirigere spiritualia ad temporalia, ut ajunt Salmant.⁵

56. — Communitur autem a DD. cum S. Thoma, ea quae habent rationem pretii in simonia, tripliciter denominantur, nimirum: *Munus a manu*, *Munus ab obsequio*, *Munus a lingua*, ex can. *Sunt nonnulli 114, caus. 1, qu. 1*. — De singulis hic videndum.

I°. Per *Munus a manu* intelligitur pecunia, et quodcumque temporale quod pretio aestimabile est. — Hinc simonia est, dare rem spiritualement cum pacto ut alter remittat debitum, et etiam ut solvat pecuniam alias debitam; quia spiritualia omnino gratis, et sine respectu ad temporalia danda sunt. Salmant.⁶ cum S. Thoma, Suarez, etc. Simoniacum etiam esset pactum de praestando mutuo in futurum; ut certum est. Vide Salmant.⁷ — Sed.

57. — Quaeritur 1°. An sit simonia dare mutuum, ut eodem tempore beneficium aut alia res spiritualis retribuatur, vel contra?

Videtur quod non. Pariter ac si mutuum cum pacto, ut alter se obliget ad remutuandum in futurum, esset quidem usura; non vero si cum pacto, ut eodem tempore alter aliud tibi remutuet: sicuti quoad mutuum approbant^{a)} Salmant.⁸ cum Lessio, Villalobos, Diana, etc., et docet S. Thomas⁹. Ratio, quia nihil tunc pretio aestimabile percipitur ultra sortem. — Sed in casu nostro, omnino tale pactum tenendum est ut simoniacum: quia hic simonia est tradere quicquid temporale pro spirituali. Ita Viva^{b)}, et

Munus a manu, quid.

Mutuum dare pro beneficio, simonia.

in 4, dist. 25, qu. 3, art. 3, ad 2. — *Suar.*, loc. cit., cap. 37, n. 18. — ² Loc. cit., cap. 1, n. 34. — ³ Tr. 14, de Contract., cap. 3, n. 62. — ⁴ Less., lib. 2, cap. 20, n. 53. — ⁵ Villal., part. 2, tr. 22, diff. 4, num. 3. — ⁶ Diana, part. 1, tr. 8, resol. 60. — ⁷ 2^a 2^a, qu. 78, art. 2, ad 4.

57. — a) Tamquam ex benevolentia vel amicitia, non vero ex iustitia debitum.

b) Viva, in *propos. 45 Innoc. XI, n. 3*, universaliter negat posse citra simoniam, dari temporale pro spirituali, «tamquam in compensationem gratuitam propter rem spiritualement».

Caerimonias principaliter ob temporale alii dicunt simoniam.

Salmant. ¹ communiter cum Laymann, Lessio ², Bonacina, Palao, Navarro, Filiuccio, etc.

58. - Quaeritur 2°. *An inter munera a manu computetur pensio*: nempe, si episcopus dans alicui beneficium, peccet, cum eo conveniendo ut pensionem alteri solvat? — Respondetur affirmative: cum tale onus sit pretio aestimabile. Salmant. ² cum Suarez, Valentia ³, Toletus ⁴, et communi. Hinc certe simonia est pacisci cum aliquo, ut, si te adjuvet ad obtinendum beneficium, illi pensionem solvas. Vide Salmant. ³.

59. - Quaeritur 3°. *An sit simonia, dare aliquid temporale sub conditione, ut alter praestet rem spiritualem, in commodum tamen suipsius*: nempe, si promittas dotem puellae, si ingrediatur in monasterium; munera adolescenti, si frequentet sacramenta?

Respondetur negative; quia haec est simplex donatio, licet sub conditione, quae tamen non addit onus. Salmant. ⁴ cum Suarez, Lessio, Palao, etc. — Secus, si imponeretur obligatio simpliciter, v. gr. ingrediendi religionem, etc., ut docet S. Thomas ⁵; vel, si conditio esset de praestando aliquid in utilitatem dantis, puta, si ingressus illius in religionem cederet in dantis commodum: tunc enim esset quaedam commutatio temporalis cum spirituali. Ita Salmant. ⁵ cum Lay-

mann, Palao et Suarez ⁶. — Vide dicendum n. 91.

60. - Quaeritur 4°. *An sit simonia, dare beneficium cum pacto, ut alter subeat aliquod onus, etiam spirituale?* — Respondetur, quod si beneficio de jure, vel ex illius institutione inest onus, v. gr. docendi, canendi, etc.; vel si ab episcopo cum capitulo imponatur beneficio vacanti onus aliquod honestum, v. gr. infirmis assistendi, etc.: certe non est simonia, ut Salmant. ⁶ ex communi, cum S. Thoma ⁷.

Dubium est: *an a resignante, vel praesentante ad beneficium, possit beneficiario imponi aliquod onus spirituale?* — Affirmant aliqui apud Sanchez ⁸. Sed dicendum est, quod, licet in aliis rebus spiritualibus possit dari commutatio, v. gr.: applico pro te Missam, ut mane applices pro me; in beneficiis tamen, quodcumque pactum est simoniacum, ex can. *Quam pio, caus. 1, qu. 2* ⁹. — Ita Sanchez ⁹, et Salmant. ¹⁰ cum Suarez, Bonacina, etc.

61. - II°. Sequitur *Munus ab obsequio*; per quod intelligitur omne quod ad servitutem pertinet, ut est famulari, docere, etc., ad finem obtinendi aliquid spirituale.

Hinc certe est simonia, conferre beneficium famulo, ut gratis inserviat, vel ut compensetur ei famulatus praestitus. Et sic contra, si famulus inserviat, ut loco salarii beneficium consequatur. Salmant. ¹¹

punct. 9, n. 7. — ⁵ Loc. cit., n. 41. — Laym., loc. cit., cap. ult., n. 11. — Pal., loc. cit., punct. 9, n. 9. — ⁶ Tr. 19, cap. 1, n. 42 et 43. — ⁷ In 4, dist. 25, qu. 3, art. 2, solut. 1, ad 5, ex cap. *Significatum 11*, de praebend. — ⁸ Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 25, n. 4 et 5. — ⁹ Loc. cit., n. 6. — ¹⁰ Loc. cit., n. 44. — Suar., tr. 3, lib. 4, cap. 39, a n. 12. — Bonac., de Simon., disp. 1, qu. 1, § 1, n. 12, v. *Dixi*. — ¹¹ Loc. cit., n. 25, 30.

59. - ^a) Haec sunt verba S. Thomae in *2a 2ae, qu. 100, art. 3, ad 4*: « Licitum est, inquit, aliquem... provocare ad devotionem monasterii per temporalia beneficia, ut ex hoc inclinetur ad monasterii ingressum; licet non sit licitum ex pacto aliquid dare... pro ingressu monasterii ».

^b) Suarez, de Relig., tr. 3, lib. 4, cap. 16, n. 17, non excipit hanc secundam conditionem, de praestando scilicet aliquid in utilitatem dantis.

60. - ^a) Can. *Quam pio* hoc habet in genere de largitione et acceptione rei temporalis pro spiritualium collatione.

Beneficium dare pro onere, quando licitum.

Quando illicitum.

Munus ab obsequio, quid.

cum Laymann, Lessio, Suarez et communi. Hinc recte inferunt Salmant. ¹ cum Torre, sine dubio simoniacos esse episcopos, qui volunt famulos sibi inservire, sola vel fere sola spe beneficii. — Advertunt tamen, in omnibus praedictis casibus non incurri poenas nec obligationem restitutionis, nisi pactum expressum intercedat ²; uti infra de poenis, n. 106.

62. - Utrum autem sit simoniacus *famulus, qui gratis inservit episcopo, cum spe tamen beneficii, sed sine ullo, ne tunc quidem pacto?* — Negant Laymann, Suarez, Lessio, Sanchez, etc., apud Croix ³. Imo Sanchez ⁴, contra Cardenas et Pirhing, dicit non esse simoniam, licet principaliter ob beneficium famuletur; sed hoc nullo modo admittendum, juxta dicta n. 51 et 52.

63. - III°. Sequitur *Munus a lingua*; per quod intelliguntur laudes, favores, intercessionem, preces et similia, quae pretio sunt aestimabilia. Vide Salmant. ⁵. — Hinc est simonia, si episcopus det alicui beneficium, ut illum laudet, faveat, etc. Vel si dicat ^a): *Non conferam tibi beneficium, nisi talis persona me roget*. Salmant. ⁶ cum Lessio, Laymann, Bonacina, Suarez et communi.

64. - Quaeritur hic 1°. *An sit simonia, si des pecuniam mediatori, ut tibi obtineat beneficium vel ordinationem?*

Laym., lib. 4, tr. 10, cap. 8, n. 26. — Less., lib. 2, cap. 35, dub. 20, n. 117. — Suar., loc. cit., cap. 39, n. 5 et seqq. — ¹ Loc. cit., n. 30. — Raph. de Torre, in 2^a 2^a, qu. 100, art. 5, disp. 3, v. *Alio modo*. — ² Ex cap. *Mandato fin.*, de simonia. — Laym., loc. cit., n. 26. — Suar., loc. cit., n. 7. — Less., loc. cit., n. 117. — Sanchez, Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 28, n. 7. (non citat a Croix). — ³ Lib. 3, part. 1, n. 97. — ⁴ Loc. cit., dub. 28, n. 7. — Carden., dissert. 27, cap. 5, art. 3, n. 106 et 110. — Pirhing, Jus can., lib. 5, tit. 3, n. 86, v. *Notandum 2*. — ⁵ Loc. cit., n. 25. — ⁶ Tr. 19, cap. 1, n. 31. — Less., lib. 2, cap. 35, n. 118. — Laym., lib. 4, tr. 10, cap. 8, n. 26. — Bonac., de Simon., disp. 1, qu. 1,

Dicendum est, quod si des, non pro mediatione, sed pro labore suscipiendo, vel pro damno subeundo, aut lucro amittendo ab eo, et pecunia sit utique cum illis proportionata, non est simonia. Ita Lessius ⁷, Croix ⁸, Salmant. ⁹ cum Sanchez, Suarez, Palao, etc. — Idem ibi dicunt Sanchez, Palao, cum Suarez, Mendo, etc. apud Croix ¹⁰, si des pecuniam famulo episcopi, ut facilem tribuat aditum; vel si des ei gratis ^a), ut factus benevolus obstacula removeat: sed hoc ultimum est valde periculosum. — Pariter probabiliter dicit Croix ¹¹, contra Palaum ^b), non esse simoniam dare pecuniam alicui, ut tibi notitiam tribuat de beneficiis vacantibus: quia haec valde remote se habent ad consecutionem rei spiritualis.

Nec etiam esse simoniam (licet sit periculosum) dicunt Salmant. ¹² cum Bonacina, Palao, Azor ^c), Sanchez ^d), Filiuccio, etc., si des alicui pecuniam, ut tua merita simpliciter episcopo proponat; quia ad simoniam requiritur, ut obtentio rei spiritualis sit immediatus finis praestationis pecuniae: non autem sufficit, quod sit quid consequens ex alio immediato, nullam habens connexionem cum illo; ut dicunt Salmant. ¹³ cum Suarez ^e), Navarro, Garcia. — Sed valde timendum est, ne alter relinquat officium informantis, et officium sumat intercedentis.

§ 1, n. 13. — Suar., de Relig., tr. 3, lib. 4, cap. 40, n. 13 et 14. — ⁷ Lib. 2, cap. 35, n. 46. — ⁸ Lib. 3, part. 1, n. 91. — ⁹ Tr. 19, cap. 1, n. 50. — Sanchez, Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 26, n. 3 et 4. — Suar., loc. cit., cap. 33, n. 17. — Pal., tr. 17, disp. 3, punct. 11, n. 5. — Sanchez, loc. cit., n. 5 et 6. — Pal., loc. cit., n. 5. — Suar., loc. cit., n. 17. — Mendo, Statera opin., diss. 1, n. 297. — ¹⁰ Lib. 3, part. 1, n. 93. — ¹¹ Loc. cit., num. 94. — ¹² Loc. cit., num. 51. — Bonac., loc. cit., num. 16. — Pal., loc. cit., punct. 11, num. 5. — Fili., tr. 45, cap. 12, qu. 7, num. 12. — ¹³ Tr. 19, cap. 1, num. 51. — Navar., Man., cap. 23, num. 101. — Garcia, de Benef., part. 8, cap. 1, num. 94.

63. - ^a) Lessius et Laymann hunc ultimum modum silentio praetermittunt.

64. - ^a) Secundum hunc modum praetermittunt Palaus (etsi simpliciter pro omnibus a Salmant. citatur), Suarez et Mendo.

^b) Oppositio haec, quam inducit Croix, revera non existit. Nam Palaus, non solum de simplici notitia, sed simul de pensionis promissione loquitur; et tr. 17, disp. 3, punct. 3, n. 4, simoniacum esse dicit illum, « qui cum aliquo paciscitur, ut sibi de vacantibus beneficiis statim notitiam praebeat, promittens se

consensurum pensioni imponendae in favorem ejus. Quia promissione pensionis paratur via ad beneficium ».

^c) Azor, part. 3, lib. 12, cap. 5, qu. 4; et Sanchez, loc. cit., n. 3, non proponunt casum de quo impraesentiarum agitur, quidquid dicant Salmant.

^d) Suarez, quem utique Salmant. citant pro hac sententia, dicit, lib. 4, cap. 36, n. 6, simoniam in foro conscientiae, majore ex parte pendere ex operantis intentione, et n. 7, addit: « Potest haberi haec intentio virtualiter,

Dare pecuniam mediatori, quando licitum.

Pensio est munus a manu.

Temporale pro spirituali bono accipientis, quandoque licitum.

Quandoque illicitum.

¹ Tr. 19, de Simon., cap. 1, n. 36. — Laym., lib. 4, tr. 10, cap. ult., n. 25. — Bonac., de Simon., qu. 1, § 1, n. 7. — Pal., tr. 17, disp. 3, punct. 3, n. 3. — Navar., Consil. 23 de Simon., n. 2; cfr. Man., cap. 23, n. 101. — Fili., tr. 45, cap. 9, qu. 7, n. 12. — ² Tr. 19, de Simon., cap. 1, n. 39. — Suar., de Relig., tr. 3, lib. 4, cap. 33, n. 10. — ³ Loc. cit. — ⁴ Loc. cit., n. 40. — Suar., loc. cit., cap. 16, n. 12 et 14. — Less., lib. 2, cap. 35, n. 66. — Pal., loc. cit.,

^c) Lessius, cap. 20, n. 64, dicit quidem simoniacum esse istiusmodi pactum, modo tamen sit justitiae; secus, si amicitiae. Sed idem Lessius, n. 66, advertit: « In praxi non esse facile concedendum pactum amicitiae in hujusmodi; nam facile sic palliaretur usura et simonia ».

58. - ^a) Valentia et Toletus citantur utique a Salmant.; sed Toletus, lib. 5, cap. 92, id non habet. — Valentia autem in *2am 2ae, disp. 6, qu. 16, punct. 3, i. f.*, de casu tantum simili disputat, scilicet de beneficii permutatione, cum pacto ut is qui pinguius accipiet, pensionem solvat ei qui beneficium resignavit; et hoc dicit esse simoniacum.

Quando simoniacum.

E contrario dicendum est, veram esse simoniam (etiam de jure divino, ut tenent Salmant.¹ cum Suarez, Bonacina, Filliucio, Soto, contra Sanchez et Navarrum), si des pecuniam mediatori, non gratis ad conciliandam illius amicitiam, ex qua motus te adjuvet; sed cum pacto, ut intercedat ad rem spiritualem obtinendam: extrav. 2, de *simon.*, ubi: *Simoniam committi, cum pecunia datur pro collatione...*, favore, seu *mediatione* e). Vide Salmant.²

— Et oppositum puto improbabile, quicquid dicat Elbel³ cum aliis. Nam, licet detur temporale immediate pro alia remere temporali, prout est illa intercessio; verumtamen *sic... per pecuniam pararet sibi viam ad rem spiritualem obtinendam*, ut in simili casu ait S. Thomas⁴, et in nostro particulari Croix⁵, ac Filliucius, Anacletus, etc. apud Elbel⁶.

65. - Quaeritur 2°. An sit simonia, dare pecuniam intercessori mediato, scilicet, ut ipse intercedat apud alterum, qui tibi obtineat beneficium a collatore?

Dare pecuniam intercessori mediato alii dicunt licitum.

Sanchez⁷, Vasquez^{a)} et alii putant probabile, non esse simoniam (licet oppositum censeant probabilius). Ratio, quia datur tunc pecunia pro re temporali, qua non proxime, seu immediate, sed remote paratur via ad beneficium. — Diana⁸ et Croix⁹ melius dicunt, contrariam esse sequendam; et an prima sit probabilis, Diana dubitat, cum se remittat iudicio sapientum. Et merito dubitat, secundum mox supra dicta.

Melius negatur.

¹ Loc. cit., n. 53. - *Suar.*, loc. cit., cap. 40, n. 9; et cap. 54, n. 14. - *Bonac.*, loc. cit., § 1, n. 14. - *Fill.*, loc. cit., n. 12. - *Sotus*, de Just. et Jure, lib. 9, qu. 7, art. 3, ante solut. object. - *Sanct.*, Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 26, num. 9. - *Navar.*, Consil., lib. 5, consil. 67, de *simon.*, v. *Quarto*, — ² Tr. 19, cap. 1, n. 52 et 53. — ³ De *Simon.*, n. 607. — ⁴ 2^a 2^a, qu. 100, art. 2, ad 5. — ⁵ Lib. 3, part. 1, n. 90. — *Fill.*, tr. 45, cap. 9, n. 17; cfr. cap. 12, n. 12. —

66. Quaeritur 3°. An sit simonia, si promittas pecuniam alteri, ad erogandam illam in eleemosynam alicui monasterio, vel pauperibus, si ille obtinebit tibi beneficium? Negant Salmant.¹⁰ cum Diana^{a)}, Soria et Rocafull. Intellige, si pecunia datur omnino gratis et in eleemosynam; quae jam constituit titulum honestum excusantem a simonia, sicut excusat titulus sustentationis, etc., ut supra.

Promissio eleemosynae ab alio faciendae, quando licita.

67. - « Resp. II^o. 1°. Simonia est triplex: « *Prima* dicitur *mentalis*, cum exterius « vel nihil datur temporale (et dicitur « *pure mentalis*); vel cum aliquid datur « (et dicitur *mixte mentalis*) cum intentione obligandi ad reddendum spirituale, « sine ullo pacto externo. — *Secunda* dicitur *conventionalis*, quae ad ipsum pactum exterius procedit sine reali excusatione. Diciturque *pura*, si sistat in « mutua conventione; *mixta* autem, si « de reali et conventionali aliquid participet, ut v. gr., si ex altera tantum « parte realiter compleatur. Atque huc « reducitur simonia *confidentiae*: cum quis « alteri dat beneficium, ut illud sibi vel « alteri resignet, vel cum onere dandi « certam partem fructuum. — *Tertia* dicitur *realis*, quae scilicet utrinque realiter completur. Vide Lessium¹¹.

Quotuplex sit simonia.

68. - « 2°. Simonia dividitur in eam « quae est *juris divini*, estque prohibita « propter malitiam suam, v. gr. hostiam « consecratam vendere; et eam quae est « *juris humani*, estque mala tantum pro-

Simonia juris divini.

Anaclet., Jus. can., lib. 5, tit. 3, n. 122 et 123. — ⁶ Loc. cit., n. 608. — ⁷ Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 26, n. 7 et 8. — ⁸ Part. 4, tr. 4, resol. 151. — ⁹ Lib. 3, part. 1, n. 90. — ¹⁰ Tr. 19, de *Simonia*, cap. 1, n. 54. — *Joannes de Soria*, Epilog. summar., part. 2, tit. 1, sect. 4, disp. 5, post init., vers. *Non est simonia*. — *Rocafull.*, Prax. theol. mor., tom. 2, lib. 3, de septimo Praec., n. 1087. — ¹¹ Lib. 2, cap. 35, dub. 6.

et secundum moralem imputationem sufficientem, per solam voluntatem dandi rem temporalem proxime et immediate ad obtinendam spiritualem, sine interveniu alterius motivi veri et honesti propter quod temporale detur.

e) Extrav. 2 de *simonia*, quam S. Alphonsus ex Salmant., tr. 19, cap. 1, n. 52 allegat, eisdem quidem poenis plectit simoniacos ipsos et simoniae mediatore; sed hic est textus: « Universi et singuli... qui quomodolibet dando vel recipiendo simoniam commiserint, aut quod illa fiat mediatore

extiterint seu procuraverint, sententiam excommunicationis incurrant ». Et infra mandat denuntiandos esse « eos omnes, quos simoniam hujusmodi commisisse, vel procurasse, aut in ea mediatore esse sciverint.

65. - a) Vasquez his quidem verbis a Sanchez allegatur: « Sic Gabriel Vasquez, disputato casu Matriti ».

66. - a) Diana, quamvis a Salmant. citatur tamquam huic sententiae patrocinans, part. 11, tr. 6, resol. 31; ipse tamen eandem exponens, nec probat nec reprobat.

Simonia juris humani.

« pter prohibitionem. — Et sic ab Ecclesia prohibetur: 1°. *Venditio beneficiorum*, secundum id quod in ipsis temporalis est, scilicet quoad jus praecisum percipiendi fructus. — 2°. *Venditio officiorum* extrinsece tantum ordinatorum « ad res sacras, v. gr. sacristae, oeconomi, advocati Ecclesiae ». [Scilicet, qui specialiter constituitur advocatus ab Ecclesia; adde *vicedomini* et *castaldi*, seu *majordomi*: ex can. *Si quis episcopus*, caus. 1, qu. 1, et can. *Salvator*, caus. 1, qu. 3. Vide Salmant.¹] « thesaurarii. — 3°. *Oblatio pecuniae* alicui facta, ut sua deat alteri ut det beneficium. — 4°. *Pactio* de resignando beneficio vel solvenda pensione, si alter beneficium tibi impetret. — 5°. *Permutatio* et resignatio beneficiorum; item reservatio pensionis ex beneficio resignato, et, in casu permutationis beneficiorum, aequatio fructuum, etc.: si absque superioris auctoritate fiant; quae si accedat, licita erunt. — 6°. *Acceptio muneris*, etiam sponte oblata, pro examine ad parochiam: ex Tridentino²; pro collatione ordinum, pro tonsura, litteris dimissionis: ex Tridentino³. Excipitur tamen decima pars aurei pro notario, si salarium non habeat, et consuetudo permittat. — 7°. *Exactio pecuniae* pro admissione ad religionem, non pro statu tantum (is enim spiritualis est ideoque « jure divino invendibilis), sed etiam pro onere sustentationis: nisi monasterii tenuitas vel consuetudo contraria excuset. Vide Laymann⁴, Bonacina⁵, Lessium, Azor⁶ ».

¹ Tr. 19, cap. 1, n. 13. — ² Sess. 24, de Reform., cap. 18. — ³ Sess. 21, de Reform., cap. 1. — ⁴ Lib. 4, tr. 10, cap. 8, § 6. — ⁵ Disp. 1, de *Simon.*, qu. 2, n. 7; et qu. 3, n. 3 et seqq. — *Less.*, lib. 2, cap. 35, dub. 4. — ⁶ Part. 3, lib. 12, cap. 14, quaer. 6. — ⁷ Cyp., dissert. de Opin. probabil., art. 5, § 3, n. 147 et seq. — *Salmant.*, tr. 19, cap. 1, n. 13. — ⁸ Lib. 3, part. 1, n. 57. — *Suar.*, de Relig., tr. 3, lib. 4, cap. 2, n. 1; cap. 7, n. 2 et 4; cap. 24, n. 11. — *Carden.*, dissert. 27, a. n. 7. — ⁹ Loc. cit., n. 57. — ¹⁰ Man., cap. 23, n. 108. — ¹¹ Lib. 2, cap. 35, n. 19. — *Adrian.*, Quodlib. 9, ad 5^{am} principale. — *Garcia*, de Benefic., part. 1, cap. 2, n. 8. — *Less.*, loc. cit. — *Decius*, in cap. *Ex parte* 12, de off. delegat., n. 23. —

69. - Quaeritur: an possit dari simonia de jure humano, quin sit simonia de jure divino?

Negat Gonet⁷, quia homines, ait, minime possunt rerum naturam immutare, ut sit simonia, quod simonia non est. — Communis tamen est sententia opposita, apud Salmant. et Croix⁸ cum Suarez et Cardenas; qui probant, recte posse Ecclesiam efficere, ut materia alicujus sui praeccepti sit materia alicujus virtutis, sicut hic religionis. Vide Croix⁹.

Simonia juris humani, datur sine altera.

Sed pro majori intelligentia singula discutere satagimus in sequentibus Quaestionibus.

70. - Quaestio I^a. Quomodo jure simonia sit vendere beneficia?

Esse simoniam tantum de jure ecclesiastico, tenent Navarrus¹⁰, Lessius¹¹ cum Adriano; item Garcia, Lessius, Panormitanus^{a)}, etc., cum Decio, (qui dicit esse communem sententiam canonistarum) apud Salmant.¹²; et Bonacina putat probabilem. — Ratio, quia in beneficiis duo dicunt esse jura: unum, ad exercendas spirituales functiones ordinis vel jurisdictionis; et hoc est certe invendibile jure divino. Alterum ad redditus temporales, quod mentaliter separari potest, sicut in calice separatur valor argenti et consecrationis; et ideo tale jus est invendibile tantum jure positivo.

Venditio beneficii, iuxta alios simonia juris humani.

Probabilius tamen Cajetanus¹³, Sotus¹⁴, Sanchez¹⁵, Palaus¹⁶, Azor¹⁷, Laymann¹⁸, et Salmant.¹⁹ cum Valentia, Victoria, Ledesma, Bonacina, Covarruvias, etc., dicunt esse simoniam de jure divino: ex D. Thoma²⁰, qui docet, aliud esse tem-

Probabilius simonia juris divini.

¹² Tr. 19, cap. 2, n. 57. — *Bonac.*, loc. cit., qu. 4, § 11, n. 10. — ¹³ Opusc. tom. 2, tr. 9, qu. 1. — ¹⁴ De Just. et Jure, lib. 9, qu. 7, art. 1. — ¹⁵ Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 24, n. 1. — ¹⁶ Tr. 17, disp. 3, punct. 13, n. 3. — ¹⁷ Part. 3, lib. 12, cap. 11, quaer. 3. — ¹⁸ Lib. 4, tr. 10, cap. 8, n. 44. — ¹⁹ Loc. cit., cap. 2, n. 59 et 60. — *Valent.*, in 2^a 2^a, disp. 6, qu. 16, punct. 2, quaest. 7, v. *Nihilominus*. — *Victoria*, Relect. 11 de *Simon.*, n. 44. — *Petr. Ledesma*, Sum. (in 2^a 2^a), tr. 12, de *Simon.*, concl. 19. — *Bonac.*, loc. cit., qu. 4, § 11, n. 8 et 10. — *Covar.*, in cap. *Peccatum*, de regul. juris, part. 2, § 8, n. 8, v. *Et licet*. — ²⁰ 2^a 2^a, qu. 100, artic. 4.

70. - a) Panormitanus, in cap. *Extirpandae* 30, de *praebend.*, in *Repetit.*, § *Qui vero*, n. 54 et seqq., non satis accurate a Salmant. allegatur: nam ipse distinguit beneficia, quo-

rum executio respicit divina, scilicet clavium potestatem cum altaris administratione, a beneficiis, quae respiciunt tantum temporalium administrationem. Hinc Panormitanus negat

porale in calice, quod est antecederet annexum ad spirituale; aliud, quod subsequenter, ut in beneficiis, in quibus jus ad redditus subsequenter, et ita annexum est cum jure ad officia ecclesiastica, ut nullo modo separari possit, cum jus temporale essentialiter detur propter officium spirituale: ita ut, si consideretur jus ad redditus separatum a jure ad officia sacra, jam amplius dici non posset jus beneficiale, nec beneficium, ut colligitur ^{b)} ex can. *Si quis objecerit, caus. 1, qu. 3*, et ex cap. *Ex diligenti, de simon.* — Hinc inferunt Salmant. ¹, nullam esse dispensationem in venditione beneficii, licet a Pontifice obtineatur. Notant tamen ², quod Papa bene separare potest jus ad redditus a jure ad sacra; et ita concedere potest, ut vendantur redditus tamquam mere temporales, vel ut aliqua super beneficium pensio imponatur, separando tunc partem fructuum illius, et alicui tradendo. Et alibi confirmant ³. Et idem docent Lessius ⁴ et Croix ⁵.

Nota hic obiter, beneficiariis concessum esse locare fructus beneficii usque ad triennium, sed non ultra. — Locare autem decimas esset simonia. Vide Croix ⁶. Sicut etiam esset simonia elocare pro spiritualem, puta calicem; licet compensandum sit detrimentum temporale. Croix ⁶.

71. - Quaestio II^a. *An sit simonia vendere juspatronatus?*

Loquimur, non de jurepatronatus civili, sed ecclesiastico: quod ab Ecclesia conceditur iis, qui ad templa construenda

vel dotanda concurrunt. Hoc jus, quoad honores et subventiones quae patronis debentur, bene vendi potest: quia, quoad illa, non dicitur spirituale; ut Salmant. ⁷.

Dubium est: *an vendi possit jus praesentandi ad beneficium?*

Respondetur quod, si tale jus est affixum rei, vendita re, jus transfertur simul cum re in emptorem; ut S. Thomas ⁸. Sicut etiam transferri potest donatione aut titulo haereditario. Vide Salmant. ⁹. — Extra hos casus, vendi nequit tale jus sine simonia de jure positivo ¹⁰. Hinc est simonia, si patronus vendat pluris rem ratione talis juris, vel imponat praesentato, v. gr., ut suis expensis litiget, et probet jus ad illum patronum spectare. Secus vero dicunt Salmant. ¹¹, quando, vertente litigio circa juspatronatus, apponitur conditio, ut, si intra tot menses praesentatus praesentationem suam non fuerit prosecutus, patronus possit alium praesentare: quia tunc ille remanet in sua libertate, nec obligatur ad probandum jus patroni pro illo, sed pro se, si voluerit consequi beneficium. Ita Salmant. ¹². At in hoc magnum censeo esse periculum, quod virtualiter vendatur talis praesentatio pro expensis, quae de jure a patrono fieri debebant.

An autem venditio talis jurispatronatus sit vetita etiam jure divino?

Affirmant Lessius, Palaus, Laymann, etc. apud Salmant. ¹³; quia jus tale est quid spirituale, cum procedat a potestate jurisdictionis ecclesiasticae. — Negant vero

Jus praesentandi quando vendi possit.

Quando vendi non possit.

Exceptio.

Periculosa est.

Haec venditio, quo jure sit simoniaca.

Jure 16; et cap. *Praeterea 23*, de jurepatronat. — ¹¹ Loc. cit., cap. 2, n. 77. — ¹² Loc. cit. — Less., lib. 2, cap. 35, n. 128. — Pal., tr. 17, disp. 3, punct. 14, n. 3. — Laym., lib. 4, tr. 10, cap. 8, n. 60. — ¹³ Loc. cit., n. 78.

prioris generis beneficia vendi posse etiam ab ipso Pontifice; siquidem: «vendere titulum beneficii esse a Deo prohibitum». Posterioris vero generis beneficia ait posse citra simoniam a Papa vendi; «quia hoc non est vendere donum Dei; sed id dicitur simoniacum, quia prohibitum ab Ecclesia».

^{b)} Haec allegatio juris canonici non refertur ad ultimo loco dicta, sed ad assertum principale, scilicet: simoniam in beneficiis esse de jure divino

^{c)} Croix, lib. 3, part. 1, n. 124, de decimis disputans, concedit posse locari et vendi, si

per decimas intelligantur ipsi fructus, qui ex aliquo fundo colliguntur; si autem intelligatur per decimas ipsum jus directum decimandi, simoniam esse illud locare; jus tamen utile posse vendi vel locari, si auctoritate Papae vel consuetudine a jure directo sit separatum, sicuti etiam si jus decimandi alicui laico concessum sit. — De locatione vero fructuum beneficii loquitur n. 125, et testatur communem esse sententiam quod extrav. *Ambitiosae*, multis in locis non sit recepta; proinde: «ubi recepta non est, inquit, potest fieri locatio etiam ad tempus vitae».

Sanchez ^{a)}, Sotus ^{b)}, Silvester ^{c)}, Navarrus, Torre ^{d)}, Decius et alii; quorum sententiam dicunt Salmant. ¹, non esse minus probabilem. Ratio, quia potius tale jus est quid temporale: cum sit temporalis favor concessus ab Ecclesia, quatenus ipsa exercet potestatem, non jam jurisdictionis, sed politicam eminenter in illa contentam, ad quam spectat favores temporales distribuere.

Notandum hic, quod vendere jus sepulturae in loco sacro ob digniorem locum, probabiliter non est simonia; ut ait Croix ² cum Barbosa, Burghaber et Caramuel, contra Suarez, etc.

72. - Quaestio III^a. *An possint permutari beneficia?*

Certum est quod in aliis rebus spiritualibus praeter beneficia, licita est permutatio, quando res sunt mere spirituales; v. gr. *Ego dico Missam pro te, ut pro me dicas tot rosaria, etc.*

Quando vero res coalescunt ex spirituali et temporali, tunc distinguendum. — Nam, si res temporales sint antecederet annexae rebus spiritualibus, ut argentum calicibus, arculae reliquiis; ipsae bene

Vendere jus sepulturae, non simoniacum.

Res mere spirituales possunt commutari.

Item, temporale antecederet annexum spirituali.

Navar., Man., cap. 23, n. 99, v. f., et n. 100, v. *Secundo quod*. — Decius, in cap. *Quanto*, de judiciis, n. 2. — ¹ Loc. cit., n. 79. — ² Lib. 3, part. 1, n. 185. — Barbosa, de Parocho, cap. 26, n. 16. — Burgh., Centur. 3, cas. 12. — Caram., Theol. mor., tom. 3, disp. 17, n. 868. — Suar., de Relig., tr. 3, lib. 4, cap. 14, n. 22. — ³ 2^a 2^a, qu. 100, art. 4. — ⁴ Tr. 19, cap. 3, n. 18 et 20. — ⁵ De Simonia, n. 600. — Suar., loc. cit., cap. 14, n. 6 et seqq., et n. 24. — ⁶ Cap. *Quaesitum 5*, de rerum permut.; cf. cap. *Cum universorum*. — ⁷ 2^a 2^a, qu. 100, art. 1, ad 5. — ⁸ Cap. *Dudum 14*, de praebend., in 6^o. — ⁹ Tr. 19, cap. 3, n. 21 et seqq. — Suar., de Relig., tr. 3, lib. 4, cap. 32, n. 11 (non tamen pro hac parte a Salm. citatur). — Bonac., de Simon., disp. 1, qu. 4, § 12, n. 7 (nec citatur a Salm. pro hac parte). — ¹⁰ Loc. cit., n. 26. — ¹¹ Lib. 2, cap. 35, n. 104, v. *Ex quibus*. — ¹² Loc. cit., n. 27. — Sanchez, Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 39, n. 2. — Pal., tr. 17, disp. 3, punct. 15, n. 2. — Valent., in 2^a 2^a, disp. 6, qu. 16, punct. 3, qu. 4, v. *Quarta circumstantia*. — Suar., loc. cit., cap. 32, n. 7. — Laym., lib. 4, tr. 10, cap. 8, num. 50.

71. - a) Sanchez, Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 48, n. 10, sententiam hanc clare inculcat, scribens juspatronatus non esse quid spirituale, sed spirituali annexum.

^{b)} Sotus, de Justit. et Jure, lib. 9, qu. 7, art. 1, v. f., satis obscure loquitur; videtur enim potius contrariam sententiam significare, dicens de jurepatronatus perinde censendum esse ac de re spirituali; proindeque simoniam esse per se illud pretio vendere. Sed cum dicat id ex jure canonico patere, forte alicui etiam videbitur innuere esse simoniam de jure positivo.

^{c)} Silvester male a Salmant. adducitur; nam, v. *Simonia*, qu. 2, oppositum videtur tueri; scribit enim n. 2: «De jure... patronatus, quod non est corporale, dictum est supra... quomodo vendi non possit secundum se»; quibus n. 3 subdit: «Quaedam sunt simoniaca ex sua natura, ut omnia praedicta, limitando

permutari aut vendi possunt: modo ratio habeatur solius valoris rei temporalis. Ita S. Thomas ³, Salmant. ⁴, Elbel ⁵ cum Suarez et communi. — Secus vero dicendum, si res temporales consequenter annectantur, ut fructus beneficii, in quibus quaecumque permutatio est simoniaca sine auctoritate superioris, non jam ex jure divino, sed ex jure positivo ⁶. — Hinc episcopi possunt concedere permutationes beneficiorum sistantium in dioecesium; ut S. Thomas ⁷: modo beneficia non pertineant ad Pontificem ⁸. Et idem possunt abbates facultatem episcoporum habentes. Salmant. ⁹ cum Suarez, Bonacina, etc. Hoc tamen non currit, si quis ad beneficium sit tantum electus; vel si lis vertat super beneficio. Vide Salmant. ¹⁰.

Licet autem volentibus permutare beneficia, antecederet pacta convenire, et etiam se obligare ad poenam solvendam a retrocedente; ut Lessius ¹¹. Dependenter tamen a consensu praelati; quia tunc obligatio non est nisi conditionata. — Salmant. ¹² cum Sanchez, Palao, Valentia, Suarez, Lessius ^{a)}, Laymann, etc., ex cap. ^{b)} *Licet, de rerum permut., in 6^o*.

bend., in 6^o. — ³ Tr. 19, cap. 3, n. 21 et seqq. — Suar., de Relig., tr. 3, lib. 4, cap. 32, n. 11 (non tamen pro hac parte a Salm. citatur). — Bonac., de Simon., disp. 1, qu. 4, § 12, n. 7 (nec citatur a Salm. pro hac parte). — ¹⁰ Loc. cit., n. 26. — ¹¹ Lib. 2, cap. 35, n. 104, v. *Ex quibus*. — ¹² Loc. cit., n. 27. — Sanchez, Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 39, n. 2. — Pal., tr. 17, disp. 3, punct. 15, n. 2. — Valent., in 2^a 2^a, disp. 6, qu. 16, punct. 3, qu. 4, v. *Quarta circumstantia*. — Suar., loc. cit., cap. 32, n. 7. — Laym., lib. 4, tr. 10, cap. 8, num. 50.

tamen quoad beneficia, si habeant administrationem ordinis vel clavium executionem».

^{a)} Raphael de Torre, in *2^a 2^a, qu. 100, art. 4, concl. 2*, sic loquitur: «Licet est aliquo modo vendere ea quae spiritualibus sunt annexa antecederet [inter quae ipse habet juspatronatus]... Dicitur vero in conclusione *aliquo modo*, propter id quod statim subdit Sanctus Doctor [scil. D. Thomas]...: ea non posse vendi in quantum spiritualibus sunt annexa; quia sic ordo ille et annexo ad spiritualia venderetur, vel certe esset ratio venditionis».

72. - ^{a)} Lessius, lib. 2, cap. 35, n. 92, citatur utique hic a Salmant.; at loquitur non de permutatione, sed de resignatione cum onere pensionis, et scribit: «Quando quis vult resignare in favorem tertii sub onere pensionis, posse illos inter se tractare, non tamen absolute concludere; sed tantum sub beneplacito Pontificis».

^{b)} Salmant. id revera colligit; sed nescio

Secus, consequenter annexum.

Permutatio beneficii, quando concedatur ab episcopo.

Volenti permutare licet pacisci.

Sed quaeritur: *an, permutatione postea effectum non habente, possint propria auctoritate redire ad sua beneficia?*

Negant Salmant.¹ cum Panormitano et Gomez, qui pro hac sententia afferunt plures decisiones Rotae; quia renuntians amittit titulum ac possessionem beneficii: unde ad redeundum eget nova collatione. — Merito dicunt tamen, contrariam etiam esse probabilem, quam tenent S. Antoninus et Silvester. Ratio, quia renuntiatio illa est conditionata: si praelatus consentiet; unde, non accedente postea praelati consensu, omnino invalida est.

73. - Quaestio IV^a. *An possit beneficium cum pensione permutari?*

Praenotandum, quod eo casu, ad acquirendam pensionem quatuor requiruntur ex Lessio², nempe: 1^o. Ut obtinens sit capax, scilicet legitimus, non excommunicatus, et saltem tonsuratus. — 2^o. Ut adsit justa causa, v. gr. ad alendum pauperem, ob bonum Ecclesiae, ad aequalitatem compensandam; alias obtinens non erit tutus in conscientia, etiamsi Papa dispensaverit; ut Lessius³ cum Tolet⁴ et communi. — Utrum autem requiratur etiam consensus patroni? Negat Lessius⁵ cum aliis, nisi beneficium resignetur: quo casu debet fieri mentio patronatus. — 3^o. Requiritur ut pensio sit moderata; ita ut juxta usum non excedat tertiam partem reddituum beneficii. — 4^o. Ut interve-

niat legitima auctoritas, quae certo est in Pontifice.

74. - His posit.

Dubatur 1^o. *Utrum episcopi possint constituere pensiones in beneficiis?*

Affirmant, apud Lessium⁶, Gigas cum Felino, Imola, Decio, etc., si adsit justa causa: nempe, ad alendum parochum senem et ineptum; ad finiendam litem super beneficio, etc., ut habetur ex cap. *Nisi essent 21, de praeb.*, et cap. *Audivimus 3, de collus.* Item, ad compensandam aequalitatem in permutatione beneficiorum⁷. — Alii tamen cum Lessio⁸ et Salmant.⁹ dicunt, solum Pontificem posse constituere pensiones; quia talis est curiae stylus, qui facit jus. Vide n. 81, v. 2^o. *Absolute.*

Sed notandum hic 1^o. Quod pensionarii, ex bulla Pii V, tenentur recitare Officium B. Mariae Virginis; alias non faciunt fructus suos. Vide Lessium¹⁰. — Hoc tamen intelligitur, si pensio sit clericalis, ita ut requiratur primam tonsuram; non vero si sit mere laicalis, ita ut ejus fructus pensionarius non exigit ut clericus, sed ut laicus: prout tenent Salmant.¹¹ cum Azor, Navarro et Palao. Item intelligitur, si pensionarius non sit clericus in majoribus vel religiosus; nam si recitet Officium majus, vel alias preces a sua religione praeceptas, ad parvum non tenetur. Ita communiter Salmant.¹² cum Azor, Ledesma¹³, Palao, Bonacina, etc.

Episcopus et constitutio pensio- nis.

Pensionarii tenentur recitare Officium parvum.

Quomodo hoc intelligatur.

¹ Loc. cit., cap. 3, n. 28. - Panorm., in cap. *Cum universorum*, de rerum permut., n. 8. - Ludov. Gomez, Comment. in Reg. Cancell. de publicand. resignat., qu. 3, n. 3. - S. Anton., part. 3, tit. 15, cap. 3, § 1, qu. 6. - Silvest., v. *Permutatio II*, qu. 13, v. *Quinta*. — ² Lib. 2, cap. 34, dub. 38. — ³ Loc. cit., n. 204. - Tolet., lib. 5, cap. 88, n. 1. — ⁴ Loc. cit., n. 205. - Gigas, de Pensionib., qu. 6, n. 2 et seqq. - Felino, in cap. *Ad audientiam 31*, n. 2, de rescript. - Imola, in clem. *Quia regulares*, de supplend. neglig. praelator., a n. 24. - Decius, Consil. 436, n. 12. —

⁵ Ex cap. *Ad quaestiones*, de rerum permut. — ⁶ Loc. cit., n. 206. - S. Pius V, bulla *Ex proximo*, die 20 Sept. 1571, § 1; in Bullar. Rom. Mainardi. — ⁷ Loc. cit., n. 208. — ⁸ Tr. 28, de Benef., cap. unic., n. 64. - Azor, part. 2, lib. 8, cap. 12, quaer. 2, et part. 1, lib. 10, cap. 4, quaer. 3. - Navar., Man., cap. 25, n. 122 (affert ipsius bullae verba). - Pal., tr. 7, disp. 2, punct. 1, § 2, n. 6. — ⁹ Tr. 28, n. 64. - Azor, part. 1, lib. 10, cap. 4, quaer. 3. - Pal., loc. cit., n. 6. - Bonac., de Horis canon., disp. 1, qu. 2, punct. 4, n. 9 et 10.

quo pacto afferant cap. *Licet*; nam ibi nihil reperitur, quod ad praesentem casum faciat.

73. - ^a Lessius, lib. 2, cap. 34, n. 207, negat quidem consensum patroni requiri, loquens de jurepatronatus laicorum, exceptis resignatione, aut permutatione, aut unione. Haec tamen addit: « Debet... in litteris pensionis fieri mentio et derogatio patronatus, si sit laicorum... non tamen si sit ecclesiasticum ».

74. - ^a Salmant., tract. 19, capit. 3, numero 31, concedunt idem jus episcopo,

sed solum « in casu extraordinario necessitatis ».

^b Ledesma, in Sum., (in 2^{am} 2^{ae}), tr. 9, de Virt. relig., cap. 4, concl. 6, dub. 2, v. *Advertase*, haec absolute scribit: Nec tenetur illud [Officium parvum] dicere eques pensionarius professus in aliquo ordine militari; quia intentio Summi Pontificis fuit obligare pensionarios habentes aliquo modo titulum clericalem ad recitationem divini officii; maxime quia illi equites ratione sui instituti ad aliquid recitandum obligantur.

Resignans cum pensione nequit exigere hypothecam.

Notandum 2^o. Quod, cum quis resignat beneficium cum pensione in favorem tertii, non potest exigere hypothecam, vel fidejussionem, aut anticipatam solutionem a pensionario, nisi haec simul a Papa admittantur; quia jura prohibent, circa beneficia, omnia pacta quae de jure in eis non insunt. — Unde censet Lessius¹, in tali casu non esse obligationem solvendi pensionem, et beneficium vacare.

75. - Dubitatur 2^o. *Quomodo possit beneficium permutari cum pensione, et cuiusnam auctoritate?*

Distinguendum: — Si pensio est spiritualis, potest fieri permutatio, sed auctoritate Pontificis, non episcopi: nisi pensio illa spiritualis sit insuper erecta in titulum beneficii, uti sunt praestimonia; quia tunc sunt vera beneficia, et episcopus recte potest concedere permutationes beneficiorum: ut Salmant.², et uti diximus supra, Quaestione praecedenti. — Si autem pensio est mere temporalis, neque auctoritate pontificia potest fieri talis permutatio; cum sit simonia contra jus divinum: ut Salmant.³ cum Suarez, Bonacina, Torre, Villalobos, etc. Pontifex tamen ut supremus dispensator, praescindendo a

Papa concedit permutationem cum pensione spirituali.

Quandoque etiam episcopus.

Permutationem cum pensione temporali nemo concedit.

Sed potest detrahi pars fructuum.

¹ Lib. 2, cap. 35, n. 93. — ² Tr. 19, de Simon., cap. 3, n. 29. — ³ Loc. cit. - Suar., de Relig., tr. 3, lib. 4, cap. 33, n. 9. - Bonac., de Simon., disp. 1, qu. 4, § 12, n. 9. - Raph. de Torre, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 100, art. 5, disp. 9, concl. 3 (edit. Salmant. 1612). - Villal., part. 2, tr. 37, diff. 4, n. 2. — ⁴ Lib. 2, cap. 35, n. 89 et 91. — ⁵ Loc. cit., n. 30. — Cajetan.,

permutatione, sicut potest beneficio plures fructus addere, sic potest ab illo partem fructuum detrahare et alteri dare; ut docet Lessius⁴, ubi hoc dicit esse certum, cum communi DD. Et consentiunt Salmant.⁵ cum citatis auctoribus, ut dictum est in Quaest. I, n. 70.

76. - Sed magna Quaestio est: *quando beneficia permutanda inaequalia sunt, an liceat inaequalitatem compensare per aliquam pensionem, seu pecuniam, auctoritate Pontificis?*

Affirmat probabiliter prima sententia, quam tenet Lessius⁶ cum Cajetano, Soto, Silvestro⁷, Angelo⁸, etc. Ratio, quia tunc nudi tituli beneficiorum simpliciter commutantur, sed separantur a proveniuntur juribus, quae temporalia sunt, et per alium contractum compensatur excessus; ut loquitur Lessius⁹, et probat ex cap. *Ad quaestiones 6, de rer. permut.*, ubi Clemens III approbat permutationem duorum ecclesiarum parochialium, compensato per pecuniam excessu ditioris. — Negat vero secunda sententia probabilior, quam tenent Anacletus¹⁰ cum Laymann¹¹, Covarruvias, Vasquez; et Salmant.¹² cum Navarro¹³, Sanchez¹⁴, Filiuccio, Suarez,

In permutatione probabiliter potest compensari inaequalitas.

Probabilius nequit compensari.

in 2^{am} 2^{ae}, qu. 100, art. 4, dub. - Sotus, de Justit. et Jure, lib. 9, qu. 7, art. 2, concl. 2. — ⁶ Loc. cit., n. 102, v. *Tertio* - Covar., Variar. resol., lib. 1, cap. 5, n. 8 et 9. - Vasq., de Benefic., cap. 2, n. 178. — ⁷ Loc. cit., n. 34. - Fill., tr. 45, cap. 7, n. 32 et seqq. - Suar., loc. cit., cap. 34, n. 9 et seqq.

76. - ^a Lessius, lib. 2, cap. 35, n. 101, id quidem concedit fieri posse, sed non requirit Pontificis auctoritatem. Et ita etiam Silvester, v. *Permutatio II*, qu. 6; Angelus, v. *Permutatio*, n. 6.

^b Anacletus, tr. 11, de Benefic., dist. 2, qu. 5, n. 50, negat utique fieri posse; sed videtur ibi loqui de episcopi auctoritate; subdit enim n. 53: « Ceteris his non obstantibus, potest auctoritate episcopi in hujusmodi casu constitui pensio in pinguiori beneficio, praestanda alteri beneficiario, non quidem pro compensatione excessus, sed quia illud, e. g. ad utilitatem ecclesiarum, pro minus pingui relinquit ». — Et Laymann similiter, lib. 4, tr. 10, cap. 8, n. 54, negat fieri posse ab episcopo, bene tamen a Papa ex potestatis plenitudine; quamvis addat: « Sed non facile solet talis modus compensationis etiam a Papa approbari per interventum pecuniae, propter speciem ac periculum simoniae; sed alter modus convenientior, ut beneficio pinguiori pensio

imponatur, solvenda alteri, qui tenuius beneficium accipit. Quod ipsum jure quidem ordinario concessum non est: sed fortasse in casu extraordinario necessitatis aut magnae utilitatis, vocatis iis quorum interest, etiam ab episcopo talis pensio imponi poterit ».

^c Navarrus, Man., cap. 23, n. 100, v. *Tertio*, negat quidem ullo jure permitti; sed addit: « Quamvis, cum Ecclesiae bona inaequalia habentes permutantur quoad proprietatem, refundi possit separatim pecunia, qua bona illa aequantur...; quod idem fieri posse auctoritate superioris in permutatione titularum dicit Anch... ». Demum, consil. 43, de Simonia, n. 4, dicit posse pensionem imponi ab Ordinario ad coaequandos fructus illius beneficii.

^d Sanchez, Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 42, n. 6, aliter loquitur de pecunia, aliter de pensione: « Licet sub iudice sit, inquit, an quando duo permutant beneficia inaequalium reddituum, sicut licet auctoritate Papae illud excessum reddituum recompensare pensione, ita

Bonacina. Quia esset simonia contra jus divinum, dum emeretur spirituale pro temporalis; ille enim excessus consequenter est annexus titulo spirituali beneficii. — Caeterum dicunt Salmant.¹, posse Pontificem approbare contractum, non per modum permutationis, sed separando a beneficio pinguiori partem fructuum, et alteri dando; ut mox supra diximus.

Certum est autem esse simoniam, compensare pecunia excessum qui sit in re spirituali, puta ob maiorem dignitatem, jurisdictionem. Contra vero, non est simonia commutare beneficium pinguius cum alio digniore: modo nullus habeatur respectus ad compensandum excessum reddituum cum excessu dignitatis. — Vide Salmant.².

77. - Quaestio V^a est: *Quomodo in beneficiis liceat fieri transactio?*

In aliis materiis spiritualibus, certum est quod licet transactionem facere, etiam auctoritate propria: Salmant.³ Sicuti licet rem spiritualement cum alia permutare; uti diximus supra, Quaest. III, (n. 72).

Sed in beneficiis requiritur saltem auctoritas episcopi, etsi transigatur spirituale pro mere alio spirituali⁴: ut Salmant.⁵ cum Suarez, Palao, etc. — Advertendum tamen, hoc non tollere, quod partes possint acquiescere, sua jura cedendo, vel se remittendo arbitris, qui saltem sint clerici; modo nulla fiat divisio jurium aut reddituum, et nullum cedenti onus imponatur⁶: Salmant.⁷ cum Laymann, Bonacina, Filiuccio, Palao, Suarez. — Simonia autem est litem componere interventu sortium sine consensu

superioris: cum omnis pactio sit illicita in beneficiis. Croix⁸ cum Suarez, etc.

78. - Sed dubitatur 1^o. *An licite episcopus possit litem componere cum aliquo onere, ita ut obtinens beneficium solvat aliquid cedenti?*

De se non videtur licere, cum commutetur spirituale pro temporalis. — Sed ob aliquas causas cohonestari potest: 1^o ob bonum pacis, quae conducit etiam ad bonum spirituale⁹; 2^o ob aequitatem, ne cedens remaneat sine alimentis quibus eget; 3^o ob laborem et expensas, quas cedens sit passus, et alter passurus foret, si ille non cederet. Salmant.¹⁰, Palao^{a)}, Bonacina, etc. — Quinimmo Laymann¹¹ cum Suarez et Abbate, et Salmant.¹² cum Palao, Filiuccio, Bonacina, docent, datum esse etiam arbitris (qui tamen sint clerici) componere lites cum tali onere: modo non sit annua pensio, et modo non removeatur beneficium a possessore. Et constat posse fieri, ex cap. *De caetero, de transact.*

79. - Dubitatur 2^o. *An episcopus, ob bonum pacis, in tali commutatione possit imponere super beneficio pensionem solvendam cedenti, ejus vita durante?*

Negant Salmant.¹³ cum Azor, Bonacina, etc. Et sic pluries decisum in Rota testatur Bonacina; quia de curiae stylo dicunt hujusmodi transactiones non admitti. — Contrariam tamen tenent Laymann¹⁴ cum Abbate, et Palao, Suarez, Torre, Araujo, Mandosius apud Salmant.¹⁵, quam ipsi satis probabilem vocant. Ratio, quia etsi (ut ajunt Salmant.¹⁶) solus Papa possit imponere perpetuas pensiones be-

Swaz., tr. 3, lib. 4, cap. 51, n. 48. - Abb. Panorm., in cap. *Non sine* 2, de arbitris, n. 10; et cap. *De cetero* 5, de transact., n. 1 et 2. - ¹⁰ Tr. 19, cap. 3, n. 48. - Pal., tr. 17, disp. 3, punct. 19, n. 7. - ¹¹ Fill., tr. 45, cap. 11, n. 30 et 31. - Bonac., loc. cit., n. 12. - ¹² Loc. cit., n. 46. - Azor., part. 2, lib. 8, cap. 6, qu. 1, v. *Extra*. - Bonac., de Simon., disp. 1, qu. 4, § 15, n. 9. - ¹³ Loc. cit., n. 58. - Abb., in cap. *De cetero*, de transact., n. 2. - Pal., loc. cit., punct. 19, n. 5. - Suar., loc. cit., n. 18. - Torre, in 2^a 2^a, qu. 100, art. 5, disp. 12, concl. 3 et § *Sed haesitabit* (edit. Salmant. 1612). - Araujo, de Statu civili, disp. 14, p. 2, art. 5, n. 51. - Mandos. in Reg. cancellar. 38, qu. 14, n. 11. - ¹⁵ Loc. cit., n. 46. - ¹⁶ Loc. cit., n. 45.

78. - ^{a)} Palao, tr. 17, disp. 3, punct. 19, n. 3, dicit pensionem beneficio imponi posse « ex causa litis et concordiae ».

neficiariis, ut supra diximus; in transactionibus tamen, ex communi DD. dicunt, jura et usum jam introduxisse, quod episcopi ob bonum pacis possint pensiones imponere, non utique beneficiariis, sed super eisdem beneficiis, pro vita pensionariorum. Et hoc constare ait Laymann^{a)}. — Et idem posse ait Laymann¹ iudices ecclesiasticos.

80. - Dubitatur 3^o. *An possit admitti ab episcopo talis transactio cum pensione super beneficio*, si partes prius de illa convenerint, sed dependenter ab episcopi consensu? — Negant Laymann^{a)} et Reginaldus. Sed probabilius affirmant Salmant.² cum Bonacina et Torre.

81. - Quaestio VI^a. *Quomodo renuntiationes beneficiorum fieri possint?*

Renuntiatio beneficii facienda est in manu praelati illius, qui illud conferre potest; itemque debet ab eo acceptari³. Alias nulla est, et beneficium non vacat; ut Salmant.⁴ cum Garcia et Covarruvias. — Hoc tamen non currit in beneficiis litigiosis, vel in electionibus ad ea quae valide renuntiantur propria auctoritate⁵.

Pluribus autem modis renuntiatio beneficii fieri potest:

¹ Loc. cit., n. 58. - *Regin.*, lib. 23, n. 258. - ² Loc. cit., n. 47. - Bonac., loc. cit., § 15, n. 10, v. *Tertia*. - Torre, loc. cit., § *Sed haesitabit*. - ³ Ex cap. *Admonet* 4, de renuntiat. - ⁴ Loc. cit., n. 49. - Garcia, de Benef., part. 11, cap. 3, § 3, n. 223. - Covar., Variar. resolut. lib. 1, cap. 3, n. 6. - ⁵ Ex cap. *Cum venissent* 2, de in integr. restitut.; cap. *Sane* 7, de renuntiat. - ⁶ Tr. 17, disp. 3, punct. 17, n. 13. - *Gigas*, de Pensionib., qu. 6, n. 2. - *Felin.*, in cap. *Ad*

1^o. *Pure et absolute*; et in illa nulla intervenit suspicio simoniae.

2^o. *Absolute*, sed non *pure*, si fiat sine designatione personae, sed cum onere pensionis: circa quam, si pensio est temporalis, diximus supra n. 75, esse jam nullam renuntiationem hujusmodi factam in manu episcopi.

Sed dubium est: *an valeat renuntiatio, cum onere pensionis spiritualis?* — Est duplex sententia, utraque probabilis, ut ait Palao⁶. *Prima* affirmat cum Maldero^{a)}, Gigante, Felino, Imola, Navarro, Rebuffo^{b)}, etc. apud Salmant.⁷; quia valde probabile est, posse ex justa causa imponi talem pensionem ab episcopis in beneficiis. Negant tamen Salmant.⁸ cum Azor, Bonacina, etc.; excepto casu gravissimae necessitatis: quia dicunt, quod ex constitut. Pii V *Intolerabilis*, fuit adempta talis facultas episcopis. Idem tenet Lessius: vide n. 74.

3^o. Renuntiatio fieri potest *pure*, sed non *absolute*, nempe, si sit in favorem certae personae sine onere. Et haec non jam prohibetur jure divino, si finis adsit honestus; sed jure ecclesiastico, nisi fiat in manu Pontificis. — Est commune. Vide Salmant.⁹.

audientiam 31, n. 2, de rescript. - *Imola*, in clement. *Quia regulares*, de supplenda neglig. praelator, a n. 24. - *Navar.*, Consil. 43, de Simonia, n. 4. - ⁷ Tr. 19, cap. 3, n. 59. - ⁸ Loc. cit. - *Azor.*, part. 2, lib. 7, cap. 21, qu. 7. - *Bonac.*, de Simon., disp. 1, qu. 4, § 14, n. 2. - *S. Pius V*, const. *Intolerabilis*, de die 1 Junii 1569, in Bullar. Rom. Mainardi. - *Less.*, lib. 2, cap. 34, n. 205; et cap. 35, n. 91. - ⁹ Loc. cit., n. 52.

79. - ^{a)} Laymann, loc. cit., n. 58, dicit revera id constare ex casu capituli *Nisi essent 21, de praebend.*, cujus summarium fere ad verbum transcribit. Sed pace viri, cap. *Nisi essent* contrarium est huic sententiae; approbat enim provisionem ejusmodi, sed « hoc adhibito moderamine... » ut ad praestationem 40 librarum, non dignitas prioratus, sed persona prioris maneat onerata, ne forte circa proventus, aliqua videatur facta sectio prioratus; ita quod ipso priore defuncto, successor ipsius ad praestationem quadraginta librarum minime teneatur ».

80. - ^{a)} Laymann, loc. cit., n. 58, loquitur cum distinctione, quam Salmant. non notaverunt: « Pensionem aliamve praestationem temporalem, sola providentia praelati, iudicis aut arbitri, propter bonum pacis resignari posse; non item, si partium litigantium pactio

et inchoata transactio antecessit... Si tamen agatur, non de sola temporalitate, sed de pensione aliquo modo spirituali, et naturam beneficii participante, qualis dari solet propter spirituale aliquod officium; tunc nihil obstat videtur, quin partes inter se conveniant, eamque conventionem episcopo confirmandam offerant ».

81. - ^{a)} Malderus, tr. 9, cap. 3, dub. 10, qu. 7, v. *Nihilominus*, pro ratione tantum qua nititur haec sententia a Salmant. allegatur: posse scilicet episcopum ex justa causa pensionem beneficiis imponere.

^{b)} Rebuffus, *Prax. beneficior. etc.*, de Reservat., num. 29, male a Salmant. adducitur: ipse enim oppositam sententiam tueretur, dicens hodie ex non usu, potestatem pensiones imponendi non amplius competere episcopis.

Renuntiatio pura et absoluta.

Absoluta, sed non pura.

Renuntiatio sub pensione spirituali valet.

Renuntiatio pura, non absoluta.

Conciliatio opinionum.

Compensatio pecuniaria, si moniaca.

Commutatio beneficii non simoniaca.

Transactio licita in rebus spiritualibus.

In beneficiis requiritur auctoritas episcopi.

Quid possint partes.

Litem sorte componere, quando licitum.

etiam licet data pecunia; multi enim et gravissimi doctores tenent licere, et est probabile; at verius est non licere ».

82. - Sed quaeritur: *an sit simoniaca talis renuntiatio, in favorem tertii, facta in manu episcopi?*

Bene distinguunt Salmant.¹ cum Sanchez^{a)}, Bonacina, Soto, Torre, etc. — Si pactum praecedat cum episcopo, ut, facta resignatione, beneficium tertio conferatur; certe esset simonia. Secus vero, si non adsit pactum; quia tunc remanens episcopus in sua libertate, si postea illi conferret, libere ageret. — Peccaret tamen renuntians tali modo contra religionem; et ob id posset ab episcopo privari beneficio^{b)}. ut dicunt Salmant.² cum Lessio, Suarez, etc.

83. - Notandum autem, quod valde probabile est non esse illicitum, si resignans, etiam in eadem renuntiatione declarat episcopo suum desiderium, quod beneficium conferatur certae personae: modo absit pactum, aut conditio rigorosa suspendens (sicut intelligendus est *Motus proprius* S. Pii V anni 1568, ut dicunt Salmant.³). Ratio, quia revera tunc renuntiatio fit simpliciter, et episcopus liber est ad conferendum beneficium cui vult. — Ita Salmant.⁴ cum Navarro, Azor, Palao, Sanchez, Torre^{a)} et Garcia.

¹ Loc. cit., n. 53. - Bonac., loc. cit., § 14, n. 6. - Sotus, De Just. et Jure, lib. 9, qu. 7, art. 2, concl. 1. - Torre, in 2^a 2^a, qu. 100, art. 5, disp. 11, § *Sed rogabit quispiam* (edit. Salmantini 1612). — ² Loc. cit., n. 54. - Less., loc. cit., cap. 35, n. 87. - Suar., de Relig., tr. 3, lib. 4, cap. 35, n. 14. - S. Pius V, bulla *Quanta Ecclesiae*, 1 April. 1568, § 4, in Bullar. Rom. Mainardi. — ³ Tr. 19, cap. 3, n. 56. — ⁴ Loc. cit., n. 55. - Navar., in cap. *Si quando*, de rescript., except. 4, n. 2, cum Man., cap. 23, n. 107, v. *Secundo*. - Azor, part. 2, lib. 7, cap. 21, quaer. 3; et cap. 27, qu. 5. -

82. - ^{a)} Sanchez, *Consil.*, lib. 2, cap. 3, dub. 36, n. 16, dicit satis esse probabilem hanc sententiam, quam exposuit n. 11 et 12. Sed dicit probabiliorē esse sententiam, quam exponit n. 14, negantem scilicet simpliciter inesse simoniam in hujusmodi resignatione.

^{b)} Hoc tamen intelligendum est, ut notant auctores laudati, si nimirum constet et probetur illum ita egisse ex malitia, id est non in scium de istiusmodi renuntiationis invaliditate, propterea quod sit contra stylum curiae.

83. - ^{a)} Torre, loc. cit., v. *Sed rogas*, et v. *Haec dicta sint* (edit. Salmant.) id quidem dicit de jure communi et ante constitut. S. Pii V *Quanta Ecclesiae*; aperte vero innuit aliud esse dicendum ex memorata constitutione.

84. - ^{a)} Sanchez, *Consil.*, lib. 2, cap. 3, dub. 36, n. 15, hoc vere tribuit aliquibus do-

84. - Sed dubium est: *an facta resignatione cum conditione in favorem tertii in manu episcopi, possit hic admitti resignationem, conditione rejecta?*

Affirmant Sanchez^{a)} cum Soto^{b)}, S. Antonino^{b)} et Silvestro^{b)} apud Lessium^{b)}, et Covarruvias, Aragon^{c)} et Villalobos^{d)} apud Salmant.⁵ Quia talis conditio, tamquam turpis, habetur ut non adjecta. — Negant vero Lessius⁶, et Salmant.⁷ cum Suarez, Palao, etc.; quia dicunt, non posse resignationem pro una parte admitti, et pro alia rejici. — Utraque est satis probabilis, ut dicit Torre apud Salmant.⁸

85. - Quaestio VII^a. *Quandonam resignatio beneficiorum confidentialis sit simoniaca?*

Sciendum, quod ex constitutionibus Pii IV et S. Pii V⁹, juxta Tridentinum¹⁰, prohibentur omnes resignationes confidentiales factae cum *accessu*, *regressu* vel *ingressu* ad beneficium, vel cum confidentia recipiendi fructus ex beneficio resignato. Nam si confidentia esset de alia re temporali, praeter fructus beneficii, esset quidem simonia, sed non confidentialis; ut bene notat Croix¹¹ cum Suarez, Laymann^{a)}, etc. — Per *accessum* di-

Pal., tr. 17, disp. 3, punct. 17, n. 10. - Sanchez, loc. cit., dub. 36, n. 23. - Garcia, de Benef., part. 11, cap. 3, n. 161 et seqq. - Covar., Variar. resol. lib. 1, cap. 5, n. 5. - ⁵ Loc. cit., n. 57. — ⁶ Lib. 2, cap. 35, n. 87. — ⁷ Loc. cit., n. 87. - Suar., loc. cit., n. 12. - Pal., loc. cit., punct. 17, num. 6. — Torre, loc. cit., § *Sed dubitas* (edit. Salmant. 1612). — ⁸ Loc. cit., n. 57. — ⁹ Constit. *Romanum Pontificem*, 16 Octobr. 1564; et Constit. *Intolerabilis*, 1 Junii 1569, in Bullar. Rom. Mainardi. — ¹⁰ Sess. 25, de Reform., cap. 7. — ¹¹ Lib. 3, part. 1, n. 68. - Suar., loc. cit., cap. 43, n. 5.

ctoribus. An autem ipse hanc opinionem approbet, non satis liquet.

^{b)} Sotus, de *Justit. et Jure*, lib. 9, qu. 7, art. 2, concl. 1; S. Antoninus, *part. 2, tit. 1, cap. 5*, § 11, v. *Nota 4*; Silvester, v. *Renuntiatio*, qu. 6, negant dumtaxat in hujusmodi conditionata renuntiatione inesse simoniam; nec pro aliqua alia re a Lessio, lib. 2, cap. 35, n. 85, allegantur.

^{c)} Aragon, in *2am 2ae*, qu. 100, art. 4, dub. de *Permutat.*, concl. 2, similiter negat dumtaxat simoniacam esse ejusmodi renuntiationem.

^{d)} Villalobos, *part. 2, tr. 9, diff. 21, n. 12*, et *tr. 37, diff. 32, n. 1*, consentit quidem, sed eo casu quo resignans sciat hunc renuntiandi modum esse contra stylum curiae.

85. - ^{a)} Laymann, lib. 4, tr. 10, cap. 8, n. 75, de permutatione duorum beneficiorum disputat, et de hac loquitur quoque Croix.

Potest admitti resignatio rejecta conditio.

Non potest rejici conditio.

Utraque opinio probabilis.

Resignatio confidentialis quatuorplex.

Resignatio cum spe sine pacto, non simoniaca.

Probabiliter reprobat jure novo.

Probabilius non reprobat.

citur, si resignes beneficium alicui cum confidentia, ut ipse postea renuntiet, et illud alteri conferatur. Per *regressum*, si resignes beneficium, servato jure regrediendi ad illud in aliquo casu. Per *ingressum*, si resignes beneficium tibi collatum, antequam illud possideas, servato jure possessionem ingrediendi, v. gr. si aliquis moriatur, etc.

Si quis autem resignat beneficium alteri sine pacto, sed cum spe, ut ille ex sola gratitudine iterum resignet in tui favorem, vel solvat aliquid ex beneficii fructibus; certum est non esse simoniam de jure divino, nec canonico antiquo: licet sit valde periculosum, et ut plurimum simonia; ut Salmant.¹

86. - Sed quaeritur hic 1^o. *An ex jure novo*, ex dictis constit. Pii IV et S. Pii V, *reprobetur talis resignatio cum spe, sine pacto?*

Duplex est sententia satis probabilis, ut dicunt Salmant.² — *Prima* affirmat^{a)}, cum Palao, Suarez, Bonacina, etc.; et probant^{b)} ex verbis bullae S. Pii V, ubi dicitur: *Si deinde aliquid... etiam simplicis donationis titulo perceperit*. — *Secunda* tamen sententia probabilius negat. Ratio, quia in iis constitutionibus renovatur tantum decretum Tridentini, solum damnans confidentias, quibus inducitur nova obligatio (cum pacto expresso vel tacito, ut

¹ Tr. 19, cap. 3, n. 65. — ² Loc. cit. n. 66. — Pal., tr. 17, disp. 3, punct. 18, n. 4. - Suar., de Censur., disp. 22, sect. 6, n. 16. - Bonac., de Censur., disp. 2, qu. 3, punct. 25, n. 4. — S. Pius V, bulla *Intolerabilis*, § 5. — Navar., de Simon., consil. 79, n. 1; et consil. 80, n. 4 et 5. — ³ Loc. cit., n. 69. — ⁴ Loc. cit., n. 67 et 68. - Suar., de Relig., tr. 3, lib. 4, cap. 43, n. 9 et 12. - Sa, v. *Simonia*, n. 5. - Villal., part. 2, tr. 37, diff. 31, n. 3. - Navar., loc. cit. - Less., loc. cit., cap. 35, n. 95 et 96. - Sanchez, Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 34,

86. - ^{a)} Modo tamen manifestetur illa intentio.

^{b)} Scilicet Salmanticenses.

^{c)} Rodriguez, *Sum.*, part. 2, cap. 62, (al. 60), n. 7, obscure loquitur, negans posse sic dari aut percipi «ratione confidentiae aut pacti solius».

87. - ^{a)} Auctores citati pro hac negativa sententia, non directe eam propugnant, sed indirecte dumtaxat, in quantum nempe requirunt pactum saltem tacitum, ad hoc ut adsit vera simonia. Et sic etiam a Croix afferunt. Atvero contra hanc sententiam stare videtur bulla *Intolerabilis*, in qua S. Pius V, § 3, declarat satis esse ad simoniam, ut «con-

explicant Navarrus et Rodriguez^{c)}, apud Salmant.³). Per verba autem allata, Pontifex nil aliud praecipit, quam quod confidentia simoniaca praesumatur, si probetur donatio postea facta. Ita tenent, et fusius probant Salmant.⁴ cum Suarez, Sa, Villalobos, Navarro, Lessio, Sanchez, Azor, etc.

87. - Quaeritur 2^o. *Si resignans declarat suam intentionem esse, ut alter remaneat obligatus ad resignandum in futuro, sed sine alterius promissione*, utrum sit vera simonia confidentialis?

Affirmant Palao et Diana apud Croix⁵. Sed probabilius negant^{a)} Navarrus, Azor, Lessius, Suarez, et alii⁶; quia deest tunc pactum ex utraque parte obligatorium. — Secus tamen dicendum, advertit Croix⁷ cum communi, si ille resignet, declarans velle ut solvatur alicui pensio ex fructibus; quia hoc est signanter expressum in bulla.

88. Quaeritur 3^o. *An in dictis constitutionibus comprehendatur confidentia, etiam in permutationibus beneficiorum?*

Negant^{a)} Suarez et Palao cum Navarro, apud Salmant.⁸, cum de permutationibus in iis non fiat mentio. — Sed oppositum dicendum esse dicunt Salmant.⁹ cum Araujo et Torre^{b)}. Et probant ex bulla S. Pii V^{c)}, ubi, ut referunt, expresse dicitur: *At etiam omnes permuta-*

n. 3. - Azor, part. 2, lib. 7, cap. 27, quaer. 5. — Pal., loc. cit., punct. 18, n. 4. - Diana, part. 9, tr. 9, resol. 18. — ⁵ Lib. 3, part. 1, n. 65. — Navar., Man., cap. 23, n. 109. - Azor, loc. cit., quaer. 5. - Less., loc. cit., n. 95 et 96. - Suar., loc. cit., cap. 43, n. 12. — ⁶ Ap. Croix, loc. cit., n. 65. — ⁷ Loc. cit., n. 65. — Suar., loc. cit., cap. 43, n. 11. - Pal., loc. cit., punct. 18, n. 2. - Navar., Consil. 77, de Simonia. — ⁸ Tr. 19, cap. 3, n. 71. — ⁹ Loc. cit. - Araujo, de Statu civili, disp. 14, p. 2, art. 5, n. 41.

fidenciae crimen alterius tantum partis conscientiae sit admissum».

88. - ^{a)} Negant Suarez et Palao, de iis ipsis, qui beneficia permutant; secus vero ajunt esse de episcopo seu beneficii collatore. Et videtur consentire Navarrus, qui casum a se expositum ad solos permutantes restringit. Salmanticenses tamen auctores afferunt absque ulla distinctione.

^{b)} Torre, in *2am 2ae*, qu. 100, art. 6, disp. 4, dub. 3, v. *In oppositum*, loquitur de solis permutantibus, dum Araujo loquitur tum de collatore tum de commutantibus.

^{c)} Seu potius ex bulla Pii IV *Romanum Pontificem*, § 5, quae fuit iterum inserta in

Declaratio propriae intentionis, altero non promittente, vacat simonia. Exceptio.

Confidentia in permutationibus.

tationes, praesentationes, collationes..., et alias dispositiones nullius momenti fore. Sed videndum diligentius esset, quomodo praefati auctores praedicta verba explicant.

89. — Ultimo, duo sunt notanda: 1°. Quod per hanc simoniam, etiamsi fuerit tantum conventionalis, incurruntur poenae, videlicet: 1) Interdictum ab ingressu ecclesiae. 2) Excommunicatio papalis ipso facto. 3) Nullitas collationis et obligationis solvendi fructus. 4) Privatio aliorum beneficiorum antea obtentorum. Vide Salmant. 1. — Haec tamen ultima non incurritur, nisi post sententiam iudicis saltem declaratoriam; ut Salmant. 2 cum Suarez, Laymann, Sanchez, Henriquez, Torre. (Vide n. 112, Qu. 3).

90. — Notandum 2°. Quod si quis resignet beneficium cum confidentialia, adhuc cum expresso pacto, sed auctoritate propria, minime impetrando assensum superioris, peccaret utique, sed non incurreret praedictas poenas: quia talis resignatio de se est nulla, etiam quando illa simoniaca pactio non intervenisset. Salmant. 3 cum Navarro a). — Secus vero dicendum, si pactum valeret, nisi obstarret simonia; quia tunc poenae incurruntur,

etsi resignatio sit nulla. Salmant. 4 cum Navarro a). — Hinc bene inferunt Elbel 5, et Croix b) cum Filliuccio c), etc., quod si quis resignet beneficium in manu superioris, postquam convenit occulte, ut resignatarius retribuat sibi aliquid; non solum resignatio est nulla, sed resignans amittit titulum, cum inter alias poenas simoniae sit inhabilitas ad idem beneficium.

91. — Quaestio VIII^a. Qualiter committatur simonia pro ingressu ad religionem?

Certum est, ut docet S. Thomas 6, esse simoniam a), aliquid dare et accipere pro ingressu monasterii 7. Hinc.

1°. Non licet admittere aliquem in monasterium propter bona quae offert; esset enim vendere statum religiosum: nisi ille simpliciter exprimat sine pacto velle ingredi cum bonis suis. — Pariter non licet praestare servitutem monasterio tamquam pretium admissionis: nisi quis inserviat ad sibi conciliandam benevolentiam religiosorum, ut in illud admittant. Ita Salmant. 8 cum S. Antonino, Silvestro et Sanchez.

2°. E converso dicit S. Thomas 9, non esse simoniam, si quis eleemosynas monasterio eroget, ut facilius ex gratitudine admittatur: uti nec etiam, si religiosi do-

Dare et accipere pro ingressu religionis, si moniacum.

Quandoque licitum.

1 Tr. 19, cap. 3, n. 72. — 2 Loc. cit., n. 73. — Suar., de Relig., tr. 3, lib. 4, cap. 48, n. 13. — Laym., lib. 4, tr. 10, cap. 8, n. 77, iii. — Sanch., Consil. lib. 2, cap. 3, dub. 34, n. 13, v. Tertia. — Henriq., lib. 13, cap. 37, n. 5, lit. c in comment. — Torre, in 2^{ae} 2^{ae}, qu. 100, art. 6, disp. 4, v. f., v. Adverte tamen. — 3 Loc. cit., n. 73. — 4 Loc. cit. —

5 De Simonia, n. 649. — 6 2^a 2^{ae}, qu. 100, art. 3, ad 4. — 7 Ex can. Quam pio 2, caus. 1, qu. 2. — 8 Tr. 19, cap. 2, num. 47. — S. Anton., part. 2, tit. 1, cap. 5, § 19. — Silvest., v. Simonia, qu. 15, v. Quintum. — Sanch., Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 23, num. 4 et 5. — 9 2^a 2^{ae}, qu. 100, art. 3, ad 4.

bullae S. Pii V. Intolerabilis, et ab eodem Pontifice confirmata. Ipsa tamen perperam allegatur ab istis auctoribus in confirmationem hujus secundae sententiae, cum in authentico textu verbum permutationes non compareat.

90. — a) Navarrus, Consil. 33, de Simonia, n. 2, haec breviter scribit: « Ut simonia realis committatur, non requiritur quod actus spiritualis qui promittitur valeat; sed sufficit quod valeret, si non esset simonia infectus ».

b) Croix adducitur quidem ab Elbel ut testatur S. Alphonsus; verum citatio ista quadam explicatione indiget. Nam Croix, lib. 4, n. 958, quem allegat Elbel, dicit solum de resignatione in genere: « Si conditionate resignet nulliter idque scienter, amittit titulum ». At n. 1065, clarius Croix: « Resignatio, inquit, ita simoniace [simoniae confidentiali] facta, quamvis sit ipso jure nulla, tamen [tenet] in praejudicium resignantis simoniace,

qui ideo amittit jus, nec conceditur ei regressus; sed beneficium tamquam vacans, a tertio impetrari potest ».

c) Filliuccius, tr. 42, cap. 9, n. 7, tuetur sententiam quae docet simoniam confidentialem committi, si pensio vel merces ut pretium pro beneficio in pactum commercium deducatur; et tunc locum dari poenis omnibus quae latae sunt contra simoniacos, nempe excommunicationis, privationis beneficii et inhabilitatis ad alia obtinenda. — Qui locus Filliucci ab Elbel (non a Croix) citatur. At, tr. 41, cap. 11, n. 3, Filliuccius inter poenas quibus simonia confidentialis a Pio IV plectitur, assignat nullitatem ipso jure pensionis vel dispositionis cujuscumque super confidentiarium beneficium factae; et n. 4, poenam a S. Pio V sancitam refert, ut scilicet, sint ipso jure privati iis quae possident, et ad futura inhabiles.

91. — a) Si nempe id ex pacto fiat, ut S. Thomas et jus canonicum explicant.

nis inflectant aliquem ad ingressum in monasterium. Imo, ut dicit Bonacina, nec si monasterium solvat illius debita, ad removenda impedimenta ingressu, relicta tamen ingrediendi libertate. Vel si monasterium promittat eum admittere, postquam artem didicerit; quia tunc non imponitur onus, sed conditio declaratur requisita, si cupit admitti. — Salmant. 1 cum Reginaldo b), Azor, Silvestro.

3°. Licitum est etiam, prout communiter docent S. Thomas 9, et Cabassutius 8 cum S. Bonavent., Cajetano, Navarro, Tolet, Suarez, etc., si monasterium est egens, pro sustentatione ingressuri accipere aliquid, uti dotes monialium, et distributiones quae solent aliis monialibus distribui. Notat tamen Sanchez apud Salmant., vix excusari posse monasteria quae petunt uberiores dotes propter ignobilitatem personae, vel alium defectum; nisi c) ex hoc eveniret monasterio detrimentum in honore, in bonis, et simili: quia hoc jam esset temporale damnum. Et sic permittitur recipere plus pro admitenda tertia sorore, aut vidua, sene, infirma, etc. — Vide Salmant. 4.

92. — Sed Quaestio magna est: an liceat a) aliquid accipere pro sustentatione

ingressuri, si monasterium sit opulentum?

Prima sententia, quam tenent Sotus 5, Palaus 6, Bonacina 7, Sanchez 8, Elbel 9, et Salmant. 10 cum Lezana, Silvestro, Aragon, etc., affirmat. Ratio, quia, ut dicunt, haec non est simonia, neque de jure naturali, neque positivo. — Non de jure naturali: quia, ex una parte, non recipitur temporale, nisi pro temporali sustentatione praestanda; ex alia parte, nequit dici quod ii qui ingredi postulant, aliquid jus habeant ad bona monasterii: cum ipsa vel propria industria a monasterio sint adepta, vel ei ab aliis libere sint donata. — Neque de jure positivo: nam si aliqua jura videantur id prohibere, nullus vero textus prohibet expresse aliquid recipi sustentationis titulo. Quod si, ajunt, unquam talis extitit prohibitio, ipsa per contrariam consuetudinem ablata est. — Non negant tamen Elbel, et Salmant. 11 cum Silvestro b), Torre, Villalobos c), etc., quod hoc saltem excusari non poterit ab avaritiae labe.

Secunda vero sententia negat: quam sequimur; et tenent Cabassutius 12 cum S. Bonaventura c), Suarez 13, Laymann d), Cajetanus 14, Roncaglia 15 et alii; quibus

Titulus sustentationis juxta alios, licitus in monasterio divite.

Auctor dicit esse simoniacum.

Bonac., de Simon., disp. 1, qu. 4, § 8, n. 3, v. Ex dictis. — 1 Loc. cit., cap. 2, n. 48. — Azor, part. 3, lib. 12, cap. 16, qu. 4. — Silvest., v. Simonia, qu. 15, v. Sextum. — 2 Loc. cit., ad 4. — 3 Theor. et prax., lib. 5, cap. 5, n. 3, 7 et 12. — S. Bonav., Libell. apologet. in eos qui ord. Fr. Minor. adversantur, qu. 18. — Cajetan., in 2^{ae} 2^{ae}, qu. 100, art. 3, v. f. — Navar., Man., cap. 27, n. 106. — Tolet., lib. 1, cap. 36, n. 7; cfr. lib. 5, cap. 89, n. 4. — Suar., de Relig., tr. 3, lib. 4, cap. 17, n. 6 et 9. — Sanch., Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 23, n. 7. — Salmant., loc. cit., cap. 2, n. 50. — 4 Loc. cit. — 5 De Just. et Jure, lib. 9, qu. 6, art. 2, v. f., v. Ad quartum.

6 Tr. 17, disp. 3, punct. 9, n. 4. — 7 Disp. 1, de Simon., qu. 4, § 8, n. 2. — 8 Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 23, n. 1. — 9 De Simon., n. 602 et 603. — 10 Loc. cit., cap. 2, n. 53. — Lezana, Sum., v. Simonia, n. 5. — Silvest., v. Simonia, qu. 15, v. Secundum. — Aragon, in 2^{ae} 2^{ae}, qu. 100, art. 3, v. f., v. Sed quid. — Elbel, de Simonia, n. 603. — 11 Tr. 19, cap. 2, n. 54. — Torre, in 2^{ae} 2^{ae}, qu. 100, art. 3, disp. 14, v. Secundo dico (edit. Salmant. 1612). — 12 Lib. 5, cap. 5, n. 3 et 8. — 13 De Relig., tr. 3, lib. 4, cap. 17, n. 9 et 10. — 14 In 2^{ae} 2^{ae}, qu. 100, art. 3, v. f. — 15 Tr. 7, qu. 3, cap. 2, quaestiu. 6, resp. 4.

b) Reginaldus, lib. 23, n. 195, minus accurate a Salmant. citatur; non enim loquitur de arte discenda.

c) Haec limitatio ab ipsis Salmant. apponitur.

92. — a) An liceat, nempe citra simoniae peccatum.

b) Silvester, v. Simonia, qu. 15, vers. Secundum, sententiam hanc inculcare videtur, scribens praesum simoniam in ejusmodi receptione; « sicut semper fecerunt ac faciunt aliquae moniales, quae de divitiis superbientes, quanto sunt ditiores, volunt dotes majores: ita de statu religionis, quasi de statu mundani sponsi judicantes ». Quae Silvestri dicta Villalobos, part. 2, tr. 37, diff. 13, n. 5, nude recitat.

c) S. Bonaventura, Libell. apologet., qu. 18, videtur sic tenere, dum dicit licere aliquid accipere pro admissione personae in monasterium, si monasterium non habeat unde hanc alere et sustentare possit, et concludit: « Ubi ergo recipitur persona propter pecuniam, simonia est... Ubi vero pecunia recipitur propter personam, quam alias libenter recipe-rent, si haberent unde eam pascere, non videtur esse simonia, dummodo forma cum intentione concordet ».

d) Laymann, lib. 4, tr. 10, cap. 8, n. 39, tenet quidem id esse simoniam juris ecclesiastici, si monasterium sit dives; subdit tamen: « Quamvis contraria diuturna consuetudo, quae in monialium monasteriis obtinuit, damnari facile non possit ».

clare consentit D. Thomas¹, qui docet, tunc tantum licere aliquid exigere, *si monasterium sit tenue*; et: *si ad hoc non sufficiant monasterii opes*. — Ratio potissima, et mihi valde urgens est, quia postulans, etsi ante receptionem nullum jus habeat ad bona monasterii, postquam tamen receptus est, habet quidem jus ad illa pro sua sustentatione. Quapropter, si monasterium est opulentum, et aliquid pro sustentatione illius temporis exigit, vendit ei jus quod ille post receptionem jam est adepturus; et quamvis illa sustentatio sit aliquid temporale, est vero quid consequenter annexum ad spirituale. Unde, sicut non potest vendi jus ad redditus beneficii, vel ad decimas percipiendas, quia hi sunt proventus rei spirituali consequenter annexi; ita nec jus ad alimenta in monasteriis. — Hinc² vetitum fuit aliquibus monialibus recipere temporalia praetextu paupertatis, ab ingressuris, ad ipsarum sustentationem. Et³ prohibetur sub excommunicatione, aliquid accipi ad quemcumque finem pro ingressu ad religionem, nisi quis liberaliter dare voluerit. — Et cum haec sit simonia de jure divino, ut probavimus, frustra affertur ab adversariis in contrarium consuetudo, de qua tamen valde dubito; exceptis monasteriis monialium, ut infra videbimus.

Secus autem dicimus, cum monasterium est inops. Quando enim ipsum non habet bona sufficientia ad aliorum sustentationem, tunc nihil vendit: cum recipiendus nullum habiturus sit jus ad bona quae monasterium non habet. Et in hoc communiter DD. conveniunt. — Atque Cabassutius⁴ advertit, ad exigendum aliquid a recipiendis non requiri arctam necessitatem; sed sufficere illam, qua monasterium non posset alias commode eis alimenta

subministrare. Tridentinum⁵ enim sic providit in temporalibus monasteriorum facultatibus eam ineundam esse rationem, ut monialium numerus commode sustentari possit.

Contra nostram autem sententiam non valet dicere cum Salmant., quod, sicut sacerdos, etsi opulentus, potest licite recipere pecuniam ab altero ad celebrandum, pro stipendio suae sustentationis; sic monasterium a postulante, pro eodem sustentationis titulo. Nam respondetur quod sacerdos, recipiendo eleemosynam pro Missa, licite eam recipit tamquam stipendium suae sustentationis, quae ex justitia illi debetur (ut statuimus supra, n. 55, Resp. 2.). Monasterium vero nihil potest exigere pro onere quod assumit sustentandi ingressurum: quia (ut diximus) ingressurus post receptionem habet jus ad sustentationem ex bonis monasterii, utpote receptioni annexam.

Excipitur tamen 1°. Si aliquid recipiatur a postulantibus pro alimentis, tempore novitiatus; id enim expresse permittitur a Tridentino⁶. — Excipitur 2°. Si recipiendus sit infirmus, senex, hebes ingenio, vel similis; quia tunc monasterium licite accipit aliquid temporale ab illo: tum pro carentia servitutis, quam alius sanus vel juvenis praestaret; tum pro incommodo temporali extraordinario, quod pro ipso monasterium est subiturum. Ita D. Thomas⁷. Croix⁸ cum aliis; et hoc est certum apud omnes, ut asserunt Salmant.⁹. — Excipiuntur 3°. Monasteria monialium, quibus Clemens VII (ut referunt Navarrus, Bassaeus, Lessius et Bonacina, apud Cabassutium⁹) indulsit, posse pacisci de dote recipiendarum pro earum sustentatione¹⁰. Ratio hujus indulgentiae videtur: quia monasteria monialium facilius sunt

cap. 16. — ¹ Lib. 3, part. 1, n. 187. — ² Loc. cit., n. 51. — Navar., Man., cap. 27, n. 106. — Bass., v. *Simonia III*, n. 10. — Less., lib. 2, cap. 35, n. 131. — Bonac., de Excom., disp. 2, qu. 3, punct. 29, n. 6. — ³ Lib. 5, cap. 5, n. 17.

¹ 2^a 2^{ae}, qu. 100, art. 3, ad 4. — ² Cap. *Quoniam 40*, de simon. — ³ Extrav. com. *Sane I*, de simon. — ⁴ Lib. 5, cap. 5, n. 13. — ⁵ Sess. 25, de Regularib., cap. 3. — Salmant., tr. 19, cap. 2, n. 53. — ⁶ Sess. 25, de Regularib.,

⁷ S. Thomas, in 2^a 2^{ae}, qu. 100, art. 3, ad 4, non nisi de sustentatione loquitur; adducitur tamen a Croix, sed minus accurate, pro hac secunda exceptione.

⁸ Indultum istud Clementis VII, desumptum est ex Casarubios, *Compend. Privilegior. mendicantium*, v. *Moniales*, n. 31; sed

ibi signatur littera o parva; quod significat fuisse oraculum vivae vocis non authenticum. Atvero, quidquid sit de hoc, constat ex pluribus declarationibus S. Congr. Conc. simoniacum non esse, imo licitum esse dotem exigere a puellis volentibus ingredi in monasterium. Cfr. Pallottini, v. *Monasteria Monialium*, § 3,

Refellitur objectio.

Exceptiones.

Simonia in concionando, in celebrando.

Accipere aliquid pro doctrina sacra, quando simonia cum.

obnoxia diversis infortuniis, ut experientia patet, quam monasteria virorum.

An autem excommunicatio, inflicta in extrav. 1, de *simon.*, omnibus exigentibus et solventibus pro ingressu monasteriorum, hodie sit usu abolita? — Videntur affirmare Navarrus¹ et Lessius; sed Cabassutius¹ ait, illam adhuc posse vigere pro monasteriis virorum².

93. - « Ex dictis resolves:

« 1°. Simonia est concionari, catechizare, Missas facere pro pretio, nisi excusetur ratione laboris: non intrinseci (is enim sacer est et inaestimabilis; sci- licet, vel ipsa actio sacra, vel in ea intrinsece inclusus), sed extrinseci, non annexi rei spirituali, ut pro labore itineris vel cantus in Missa, vel ratione alterius incommodi pretio aestimabilis. Ratio est, quia illae actiones ex natura sua ordinantur ad aliquid supernaturale et ad salutem, non autem ad aliquid temporale: sicut doctio quaecumque, etiam theologiae, quae pretio aestimabilis est. — Bonacina³, ex Suarez, Fil- liuccio, etc.; vide infra, Lib. 6, tract. 3, « dub. 1; Laymann⁴ ». [Vide dicta, n. 55].

94. - Quaeritur: an sit simonia accipere aliquid ad instruendum alios in sacra doctrina?

Distinguitur: — Si instructio tendit ad bonum tantum spirituale aliorum, est simonia; quia tunc est res mere spiritualis, pro qua nullum potest accipi pretium. Hinc est simonia accipere aliquid pro concione, ut pretium pro labore illius intrinseco, uti pro studio, defatigatione: prout

Less., loc. cit., n. 131. — ¹ Loc. cit., n. 17. — ² Disp. 1, de Simon., qu. 4, § 10. — Suar., de Relig., tr. 3, lib. 4, cap. 18, n. 9, 19, 22 et 24. — Fill., tr. 45, cap. 2, n. 3 et seqq. — ³ Lib. 4, tr. 10, cap. 8, a n. 30. — ⁴ Lib. 2, cap. 35, n. 79. — ⁵ Tr. 19, cap. 2, n. 42. — ⁶ Loc. cit., n. 79. — ⁷ Loc. cit., n. 20. — S. Thom., 2^a 2^{ae}, qu. 100, art. 3, ad 2 et 3. — Torre, in 2^a 2^{ae}, qu. 100, art. 2, disp. 6, init., et disp. 9 (edit. Salmant. 1612). — Sanch., Consil., lib. 2, cap. 3,

docent Lessius⁴, et Salmant.⁵ cum S. Thoma⁶ et communi; nisi accipiat ut stipendium sustentationis, uti dicunt Lessius⁶, et Salmant.⁷ cum S. Thoma, Torre, Sanchez, Villalobos, etc. Vide dicta n. 55. — Secus vero, si instructio tendat etiam ad aliquod bonum temporale alterius, ad utilitatem, honorem, oblectationem; prout est instructio ad interpretandas sacras Scripturas, ad deducendas theologicas conclusiones, ad expugnandas haereses. Croix⁸, Lessius⁹ cum Soto, Cajetano, Victoria, Salmant.¹⁰, Elbel¹¹ ex D. Thoma¹², ubi dicit: *Qui docet scientiam, potest stipendium accipere, quasi operas suas locans*. Hinc licitum est etiam accipere aliquid pro docenda theologia morali, ut est probabilis apud Croix¹². Item, pro imperianda licentia docendi theologiam cum titulo magisterii, ut patet ex usu Universitatum; sive pro dando consilio morali, quia est instructio temporalis, quamvis conducat ad pacem conscientiae. Secus autem, si consilium tenderet ad bonum tantum spirituale alterius: puta, ut moveatur ad poenitentiam, etc. Salmant.¹³.

95. - « 2°. Item simonia est dare vel accipere pretium pro absolutione a peccatis, censuris; pro dispensatione in voto, juramento, impedimento matrimonii, irregularitate, etc. Potest tamen in his aliquid exigi per modum multa, ad causam piam applicandae. — Laymann¹⁴ ».

96. - Accipiuntur solutiones in dispensationibus in matrimoniis, etc., etiam per modum sustentationis onerum Pontifica-

dub. 11, n. 1. — Villal., part. 2, tr. 37, diff. 9, n. 6. — ⁸ Lib. 3, part. 1, n. 179 et 180. — ⁹ Lib. 2, cap. 35, n. 80. — Soto, de Justit. et Jure, lib. 9, qu. 5, art. 1, concl. 2, v. *Atvero de theologia*; et qu. 6, art. 2, ad 3. — Cajetan., in 2^a 2^{ae}, qu. 100, art. 2, v. *Patet 2^o et 3^o*. — Victoria, Relect. 11, de Simon., n. 5. — ¹⁰ Tr. 19, cap. 2, n. 43. — ¹¹ De Simonia, n. 620. — ¹² Loc. cit., n. 183. — ¹³ Loc. cit., n. 45. — ¹⁴ Lib. 4, tr. 10, cap. 8, n. 24.

Quando non.

Absolutio, dispensatio, quando simoniacae.

Quomodo excusetur.

num. 33 et seqq.; cfr. etiam Thesaurum Resolution., tom. 3, p. 153 in una Bononien., 14 April. 1725; cfr. etiam Analecta juris pontif., ser. 4, col. 1525 et seqq.; Bizzarri, Collectanea, passim, ubi id quoque praescribitur.

¹ Quin etiam Navarrus, Man., cap. 23, n. 111, v. *Septimo*, absolute negat ullo jure simoniacum in excommunicationem incurrere,

nisi simonia committatur in ordine vel in beneficio.

² Et re quidem vera, inter excommunicationes Romano Pontifici simpliciter reservatas per constitutionem *Apostolicae Sedis*, sub 10 haec recensetur: « Reos simoniae realis, ob ingressum in religionem ».

94. - ¹ S. Thomas, 2^a 2^{ae}, qu. 100, art. 3, ad 2, ita scribit: « Ille autem qui habet scien-

tus; item, per modum commutationis, sicut vota commutantur in elemosynas. — Et conceditur etiam episcopis, in talibus dispensationibus accipere aliquid elemosynis distribuendum (modo ipsis vel suis nihil perveniat) per modum poenae vel commutationis; non autem per modum sustentationis: hoc enim vetitum est illis ex cap. *Jacobus, de simon.*, et a Tridentino ^{a)}. — Salmant. ¹ cum S. Thoma ².

97. — Quaeritur hic: *an sit simonia dare aliquid, ut alter omittat rem spiritualem?*

Distingue: — Et affirma, si ommissio dirigatur a potestate spirituali; ut esset ommissio absolventi, dispensandi, eligendi, etc.: ex cap. *Nemo presbyterorum, de simon.*, ubi prohibetur, ne ob pretium negetur poenitentia, nisi talis absolutio esset sacrilega aut injusta. Vide Croix ³. — Secus autem, non est simonia, si actus spiritualis dependeat a libertate, ut esset ommissio orandi, dandi elemosynam, celebrandi: nisi ^{a)} alter ad ea teneatur ex justitia. Salmant. ⁴ cum Ledesma, Villalobos, etc.

98. — « 3^o. Non est simonia dare aliquid quid ad redimendam vexationem a ne-gante sacramenta in necessitate. Suarez, Lessius, Laymann ⁵. Vel ab inique « impediendo electionem vel possessionem » beneficii, ad quod jus in re habes. Quod « addo, quia si nondum habes jus in re, « etsi possis redimere vexationem ex eo

« qui tantum potest obesse; non tamen « ab eo qui et prodesse et obesse potest. — « Ratio est, quia non datur tamquam pretium aequivalens rei spirituali, sed ut « alter ad officium rite praestandum in-ducatur ».

In hoc sedulo attende *duas regulas* traditas a S. Thoma ⁶:

Prima est, quod, quando jus est certum, et in re jam quaesitum, licet tollere injustam vexationem dando aliquid temporale: ex communi cum Navarro ⁷, Salmant. ⁸, Elbel ⁹ et aliis. — Dicitur *jus certum*; nam si dubium sit, non licet: quia tunc per temporale acquireretur ut certum, jus spirituale quod erat dubium. Dicitur per *injustam vexationem*; nam si sit justa, neque licet. Dicitur item, *dando aliquid temporale*; non enim posset dari spirituale pro redimenda vexatione; quia daretur spirituale pro re temporali, qualis est vexatio. — Salmant. ¹⁰ cum communi.

99. — Quaestio tamen est: *an possit redimi pecunia vexatio circa possessionem beneficii?*

Prima sententia negat; quia talis possessio est res spiritualis vel spirituali annexa, cum per possessionem acquiratur jus ad exercenda spiritualia. Ita Viva ^{a)}, Bonacina ^{a)}, Garcia, Abbas ^{a)}, etc., apud Salmant. ^{a)}. — Secunda tamen sententia probabilior, quam tenet Busenbaum hic,

Si jus est certum et quaesitum, potest redimi vexatio injusta.

Vexatio in possessione beneficii, juxta alios nequit redimi.

Probabilius id va-cat simonia,

¹ Loc. cit., n. 36 et 37. — ² 2^a 2^a, qu. 100, art. 3, ad 3. — ³ Lib. 3, part. 1, n. 175. — ⁴ Tr. 19, cap. 2, ex n. 27. — ⁵ *Petr. Ledesma*, Sum. (in 2^a 2^a), tr. 12, de Simon., post concl. 12, dub., v. *Dico 1^o*. — *Villal.*, part. 2, tr. 37, diff. 6, n. 2. — *Suar.*, de Relig., tr. 3, lib. 4, cap. 12, n. 13 et seqq.

tiam, et non suscipit cum hoc officium, ex quo obligetur aliis usum scientiae impendere, licite potest pretium suae doctrinae vel consilii accipere, non quasi veritatem aut scientiam vendens, sed quasi operas suas locans ».

96. — ^{a)} Cap. *Jacobus*, quod a Salmant. hic citatur, minime de hac re tractat. Tridentinum vero, in cap. *Liceat*, (sess. 24 de Re-form., cap. 6), jubet episcopos a casibus occultis absolvere « gratis »; et sess. 25, de Re-form., cap. 18, tractans de dispensationibus, statuit « gratis a quibuscumque ad quos dispensatio pertinebit, [esse] praestandum ».

97. — ^{a)} Salmant. quoad secundam distinctionis partem dicunt: « Etiam si alias actus omissus sit in praecepto justitiae vel alterius virtutis; et ibi ob id sit ommissio peccatum ». —

Ledesma autem absolute et absque limitatione loquitur, sicut Villalobos.

99. — ^{a)} Salmant., loc. cit., n. 7, auctores citant pro sententia, quae tenet simoniam esse redimere vexationem, si vexatio fiat circa ipsam possessionem, seu quando quis impeditur a possessione capienda. — Et ita quidem tenent Viva, *Opusc. de Benefic.*, qu. 9, art. 5, n. 9; Bonacina, *disp. 1, de Simonia*, qu. 6, punct. 5, n. 8, id saltem in praxi consulens; Abbas, in cap. *Ad aures, de Simon.*, n. 6. Attamen ultimus iste auctor, in cap. *Dilectus*, eod. tit., n. 4, suam sententiam his verbis limitat: « Puto tamen quod si propter potentiam adversarii vel impotentiam suam, non posset de facili illam consequi [possessionem] apud superiorem, quod tunc, ut evitetur ma-

et Suarez ¹, Sanchez ², Palaus ³, Croix ⁴, Roncaglia ⁵, Lessius ⁶, qui vocat communem, et alii plures apud Salmant. ⁷, affirmat licere; quia jus quidem ad beneficium spirituale est, non autem possessio. Hanc recte sequuntur Salmant. ⁸ et Croix ⁹, semper ac sit certe acquisitum jus ad possessionem; tunc enim vexatio non esset circa jus spirituale, sed circa factum possessionis, quod est temporale. Et sic videtur sentire D. Thomas ¹⁰, docens: *Sed postquam jus alicui acquisitum est, licet per pecuniam injusta impedimenta removere*. Secus tamen dicendum cum Salmant. ¹¹, si jus revocetur in dubium probabile; ut mox supra diximus.

Notandum autem hic in Tridentino ¹² praecipitur episcopis, ne permittant pro admissione ad possessionem beneficii, solutionem ullam aut promissionem, utpote *simoniace labis aut sordidae avaritiae suspicionem* habentes; reprobata quacumque consuetudine in contrarium: tantum permittit concilium, si sit consuetudo, aliquid in usus pios convertendum. — Sed haec intelliguntur 1^o non de omnibus beneficiis, sed tantum de canonicatibus et praebendis in ecclesiis cathedralibus aut collegiatis; ut probabiliter ait Bonacina ¹³ et Barbosa ^{b)}. Intelliguntur 2^o de recipientibus aliquid pro admissione ad possessionem; non vero de dantibus ad tollendam injustam vexationem, ut supra. Nam bulla S. Pii V *Durum nimis*, edita anno 1570 pro observantia praefatae

sanctionis concilii, id explicat et confirmat tantum pro recipientibus, his verbis: *Praecipimus... episcopis, capitulis... ne posthac fructus... retineant, neve ipsorum cessionem vel renuntiationem, aut dulciaria vel alia quomodocumque petant vel exigant, etc.*

100. — Secunda regula est, quod, si jus non sit in re jam acquisitum, sed ad rem, non licet pecunia vexationem tollere ¹⁴; et damnatur qui, obtenta electione, pecuniam obtulit, ne alii electores impedirent confirmationem; cum ad confirmationem nondum haberet jus acquisitum. — Hinc simonia est, offerre pecuniam episcopo, qui injuste nollet me praesentatum instituere, vel me dignum eligere; quia tunc per pecuniam non solum amoverem impedimentum, sed etiam rem spirituales adipisceretur. Ita Busenbaum ^{a)} hic, et Sanchez ^{a)}, Salmant. ¹⁵ cum Laymann, Cajetano, Silvestro, etc. Et dicunt quod haec esset simonia de jure divino: cum Soto, Suarez, etc., contra tamen Palaus ^{b)}, Laymann, Bonacina, etc. ¹⁶.

Notant tamen Busenbaum ^{c)} hic, Croix ¹⁷, et Salmant. ¹⁸ cum Lessio, Soto ^{d)}, Filiucio, Suarez, etc., quod haec regula non currit, si aliquis electorum vi vel fraude alios electores corrumpere ne me eligant; quia tunc non agit tamquam elector. Immo non currit, si vexatio esset ab his qui tantum obesse possunt: Suarez ¹⁹, Palaus ²⁰, Anacletus ²¹, Elbel ²². — Secus vero, si possint obesse, et simul prodesse,

Si jus sit ad rem, vexatio nequit redimi.

Exceptio-nes.

¹ Loc. cit., cap. 50, n. 31 et seqq. — ² Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 30, n. 11. — ³ Tr. 17, disp. 3, punct. 20, n. 3. — ⁴ Lib. 3, part. 1, n. 140. — ⁵ Tr. 7, qu. 3, cap. 3, qu. 4, resp. 1. — ⁶ Lib. 2, cap. 35, n. 110. — ⁷ Tr. 19, cap. 3, n. 7. — ⁸ Loc. cit., n. 8. — ⁹ Loc. cit., n. 140. — ¹⁰ 2^a 2^a, qu. 100, art. 2, ad 5. — ¹¹ Loc. cit., n. 8. — ¹² Sess. 24, de Reform., cap. 14. — ¹³ Disp. 1, de Simon., qu. 7, punct. 1, § 3, n. 4. — ¹⁴ *Pius V*, bulla *Durum nimis*, 1 Jun. 1570, § 3, in Bullar. Rom. Mainardi. — ¹⁵ Ex cap. *Matthaeus* 23, de simon. — ¹⁶ Tr. 19, cap. 3, n. 9. — ¹⁷ Laym., lib. 4, tr. 10, cap. 8, n. 22, assert. 8. — ¹⁸ Cajetan., Opusc. tom. 2, tr. 9, de Simon., qu. 3. — ¹⁹ Silvest., v. *Simonia*, qu. 13, v. *Secundum*. — ²⁰ Sotus, de Just. et Jure, lib. 9, qu. 6, art. 1, ad 5; et qu. 7, art. 1, corp. — ²¹ *Suar.*, de Relig., tr. 3, lib. 4, cap. 50, n. 27 et 28. — ²² Laym., loc. cit., n. 22, assert. 8. — ²³ Bonac., de Simonia, disp. 1, qu. 6, punct. 5, n. 4. — ²⁴ Apud Salmant., loc. cit., n. 12. — ²⁵ Lib. 3, part. 1, n. 144. — ²⁶ Loc. cit., cap. 3, n. 11 et 13. — ²⁷ Less., lib. 2, cap. 35, dub. 18, n. 107. — ²⁸ Filiucio, cap. 11, n. 7. — ²⁹ *Suar.*, loc. cit., cap. 50, n. 28. — ³⁰ Loc. cit., n. 28. — ³¹ Tr. 17, disp. 3, punct. 20, n. 4. — ³² Jus can., lib. 5, tit. 3, de Simon., § 13, n. 310. — ³³ De Simonia, n. 614.

gnum praejudicium, licite dare potest pecuniam ».

^{b)} Barbosa, in *Trid.*, sess. 24, cap. 14, hanc interpretationem silentio praetermittit.

100. — ^{a)} Busenbaum, loc. cit., et Sanchez, *Consil.*, lib. 2, cap. 3, dub. 30, n. 3, regulam generalem statuunt, quae initio hujus numeri traditur; sed non afferunt exempla quae ex eadem colliguntur.

^{b)} Palaus, tr. 17, disp. 3, punct. 20, n. 4, satis probabile esse asserit, non esse simoniam veram, licet in foro exteriori praesumatur.

^{c)} Vide verba Busenbaum, supra n. 98.

^{d)} Sotus, loc. cit., qu. 6, art. 1, ad 5, loquitur de casu quo aliquis, quicumque esset, vim inferret electoribus ne te eligerent; vel tibi ipsi, ne dignitatem peteres. Quo quidem casu licitum esse dicit vexationem pecunia redimere.

instituendo, praesentando vel confirmando: quia tunc, quod datur eis ne obsint, necessario datur etiam ut prosint, consensum non negando; et sic pecunia tunc directe sterneretur via ad beneficium obtinendum. Ita tenendum omnino censeo cum Anacleto¹, Suarez², Elbel³, et Salmant.⁴ cum aliis citatis, quando datur pecunia, ut elector suum votum non neget, etiamsi injuste negaret: quicquid dicat Palaus⁵, asserens ut probabile, non esse simoniam, si detur pecunia tantum ad removendum pravum illius affectum. — Dicunt autem Sanchez⁶ et Lessius⁷, simoniam non committi quando datur pecunia electori, non jam ut prosit praestando votum; sed tantum ad redimendam iniquam vexationem, qua ille obesset per vim, aut fraudem, vel subornationem aliorum, ut supra. Et satis probabile hoc videtur saltem casu, quo dans pecuniam manifestaret non aliud velle, quam quod alter non obsit injuste; ut Mazzotta⁸.

101. — Sed hic quaeritur 1^o. *Si aliquis, non vi vel fraude, sed precibus aut muneribus, electores mihi propensos impediret, ne conferant mihi digno beneficium, propter odium quo in me tenetur; an possim pecuniam illi dare ut cesset?*

Negat Sotus apud Lessium⁹. — Sed Lessius⁹, Croix¹⁰ cum Suarez, Laymann; item Salmant.¹¹ cum Sanchez, Valentia^{a)} et Bonacina, recte affirmant licere. Quia, ut ait Lessius, si licitum est dare pecuniam, ut alter cesset a me vexando con-

tra justitiam; licet etiam dare, ut cesset a vexatione contra caritatem: cum revera talis vexatio sit res temporalis, quam alia re temporali redimo, et ex alia parte, pecunia mea nonnisi valde remote sternit viam ad beneficium.

102. — Quaeritur 2^o. *An possim dare pecuniam, ut alter se non opponat ad meam electionem; quamvis nesciam electores esse mihi propensos?*

Negant Salmant.¹², et citant Sanchez et Lessium. — At notandum est, quod Lessius¹³ loquitur ibi tantum de praestatione facta illi qui possit prodesse et obesse. Sed quoad alium, qui posset solum obesse, et iste vellet inique se opponere, peccando saltem contra caritatem; probabile videtur, juxta eandem doctrinam Lessii, ut supra, quod liceret dare pecuniam, ut cesset ab illa illicita impeditio. — Et hoc tenet Croix¹⁴, qui cum aliis DD. citatis asserit, quod semper ac alter sine rationabili causa moveat electores precibus vel muneribus, ut mihi non faveant, sed alteri; non est simonia, si dem ei pecuniam, ut cesset ab illa vexatione iniqua contra caritatem.

103. — Quaeritur 3^o. *An liceat dare pecuniam electoribus, ne eligant indignum, vel ut eligant dignum?*

Respondetur, licitum esse dare, ne eligatur indignus, si constet electores paratos, aut saltem inclinatos esse ad indignum eligendum; quia Ecclesia habet jus acquisitum, ne detur ei minister ineptus: ut Lessius¹⁵ cum communiori, Croix¹⁶. —

Licet dare pecuniam ut dignus eligatur.

v. Secundo. — ¹¹ Tr. 19, cap. 3, n. 13. — Sanchez, Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 30, n. 5. — Bonac., de Simon., disp. 1, qu. 6, punct. 5, n. 6. — Less., loc. cit., n. 109. — ¹² Loc. cit., n. 14. — Sanchez, loc. cit., dub. 30, n. 13. — Less., loc. cit., n. 107. — ¹³ Loc. cit., n. 107. — Less., loc. cit., n. 108. — ¹⁴ Loc. cit., n. 147. — ¹⁵ Loc. cit., n. 112. — ¹⁶ Loc. cit., n. 146.

¹ Loc. cit., n. 314. — ² Loc. cit., cap. 50, n. 27. — ³ Loc. cit., n. 615. — ⁴ Loc. cit., cap. 3, n. 11. — ⁵ Loc. cit., punct. 20, n. 4. — ⁶ Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 30, n. 5. — ⁷ Lib. 2, cap. 35, n. 107. — Sotus, de Just. et Jure, lib. 9, qu. 6, art. 1, ad 5. — ⁸ Lib. 2, cap. 35, n. 108. — ⁹ Loc. cit., n. 109. — ¹⁰ Lib. 3, part. 1, n. 147. — Suarez, de Relig., tr. 3, lib. 4, cap. 50, n. 24 et 25. — Laym., lib. 4, tr. 10, cap. 8, n. 22,

^{e)} Mazzotta, tr. 3, disp. 5, qu. unic., cap. 3, quaer. 1, absolute et sine allata limitatione loquitur: « Non est simonia, inquit, si des aliquid episcopo, non quatenus tibi prodesse potest, sed quatenus est persona privata, volens te infamare, subornare electores, etc.; quia sic potest tantum obesse ».

101. — a) Valentia, in 2^a 2^ae, disp. 6, qu. 16, punct. 3, qu. 3, concl. 2, citatur profecto hic a Salmant.; ipse vero in genere dumtaxat loquitur: « Redemptio vexationis se-

cundo modo, cum videlicet pecunia datur, non ut pretium, sed dumtaxat ut motivum, nunquam est simonica ». Quid autem per motivum heic intelligat Valentia explicat ibid.: « Altero modo, inquit, ita ut pecunia detur solum tamquam motivum quoddam ad removendam injuriam eam, quae obstat consecutioni spiritualis ». — Notandum praeterea venit quod auctores citati, praeter Lessium, non loquuntur de electorum propensione, sed solum de casu quo quis precibus

Pariter Salmant.¹ cum Cajetano, Laymann, Soto^{a)}, Suarez, etc., dicunt hoc licere, ne eligatur minus dignus; et etiam, ut eligatur dignus vel dignior in communi: ut Salmant.² cum Cajetano et Laymann, etc., ac Croix³ cum Suarez, Lessio, Barbosa, etc. communiter. — Non licet vero dare pecuniam, ut eligatur aliquis dignus in particulari, etiam dignissimus in particulari; nisi in casu necessitatis, nempe, si inter omnes unus tantum dignus invenitur, quem illi nollent eligere. Et quamvis talis electio secundum jura esset nulla, posset tamen peti confirmatio illius a Pontifice. Ita Lessius⁴.

Quaeritur 4^o. *An sit simonia dare pecuniam competitori, ut desistat concurrere ad beneficium quod tu praetendis?*

Negant Elbel⁵, et Pasqualigo apud Croix⁶: quia, ut ajunt, haec abstinencia a concursu, ex una parte nequit dici aliquid spirituale quod ematur; et ex alia parte, competitor nihil positive confert ad beneficii collationem, sed tantum negative se gerit. — Verum huic opinioni non assentior; et recte Croix⁷ cum Diana et aliis dicit eam, veluti contra communem, non esse admittendam. Ratio, quia,

Limitatio.

Dare pecuniam competitori ut desistat concurrere ad beneficium quod tu praetendis?

Auctor reprobans hanc opinionem.

ut docent communiter Lessius, Suarez, Palaus, Barbosa^{b)}, etc., apud Croix⁸, cum S. Thoma^{c)}, tum dumtaxat licet per pecuniam vexationem remove, cum vexatio est injusta; non vero, cum est justa: alias per pecuniam directe pararetur via ad beneficium, quod omnino est illicitum.

Quaeritur 5^o. *An liceat, urgente necessitate, dare pecuniam sacerdoti nolenti sine illa administrare sacramenta?*

Negant D. Thomas, Alensis, etc. apud Lessium⁹; quia, ut dicunt, emere sacramenta nunquam est licitum, utpote intrinsece malum. — Sed recte affirmat ipse Lessius¹⁰ cum Adriano; item Suarez¹¹, Gersonius¹², Cajetanus¹³, Diana¹⁴, et Sporer¹⁵ cum S. Bonaventura, Vasquez, Pontio, et aliis communiter. Ratio, quia hoc non est emere sacramentum, sed vexationem redimere; vel potius (ut ait Lessius¹⁶), permittere cum justa causa peccatum alterius.

Hinc Diana^{d)} et Hurtadus^{d)} dicunt hoc licitum esse, non tantum in sacramento Baptismatis et Poenitentiae, ut plures ex DD. citatis volunt; sed etiam in aliis sacramentis, prout consentit etiam Lessius¹⁷. — Et non tantum in casu gra-

Sacerdoti nolenti dare sacramenta, licet dare pecuniam.

¹ Tr. 19, cap. 3, n. 15. — Cajetan., Opusc. tom. 2, tr. 9, de Simon., qu. 3. — Laym., loc. cit., cap. 8, n. 23. — Suarez, loc. cit., cap. 50, n. 35. — ² Loc. cit., n. 16. — Cajetan., Opusc. tom. 2, tr. 9, de Simon., qu. 3. — Laym., lib. 4, tr. 10, cap. 8, n. 23. — ³ Lib. 3, part. 1, n. 146. — Suarez, de Relig., tr. 3, lib. 4, cap. 50, n. 36. — Less., lib. 2, cap. 35, n. 113. — Barbosa., de Parocho, cap. 2, n. 108. — ⁴ Loc. cit., n. 112 et 114. — De Simon., n. 609. — Pasqual., Decis. mor. 248. — ⁵ Loc. cit., n. 142. — ⁶ Loc. cit. — Diana, part. 11, tr. 6, resol. 31. — Less., loc. cit., n. 106, 107 et 109. — Suarez, loc. cit., cap. 50, n. 18. — Pal., tr. 17, disp. 3, punct. 20, n. 2. — ⁷ Loc. cit., n. 142. — S. Thom., 2^a 2^ae, qu. 100, art. 2, ad 1;

et in 4, dist. 5, qu. 2, art. 2, sol. 5, ad 2; et dist. 25, qu. 3, art. 2, solut. 1, ad 3. — Alens., Sum., part. 2, qu. 167 (al. 169), membr. 3, art. 1, qu. 2. — ⁸ Loc. cit., num. 37. — ⁹ Loc. cit., num. 38 et 39. — Adrian., Quodlib. 9, art. 3, § Ad secundum principale, vers. Ad 3 confirmationem. — ¹⁰ Loc. cit., cap. 12, num. 13 et seqq. — ¹¹ Tr. de Simonia, ad ration. 6. — ¹² In 2^a 2^ae, qu. 100, art. 2. — ¹³ Part. 5, tr. 7, resol. 16. — ¹⁴ Tract. 5, cap. 1, num. 109. — S. Bonav., in 4, dist. 5, art. 2, qu. 1. — Vasq., Opusc. de Scandalo, qu. 43, art. 8, num. 59. — Pont., de Matrim., lib. 5, cap. 18, num. 82. — ¹⁵ Lib. 2, cap. 35, num. 41. — ¹⁶ Lib. 2, cap. 35, num. 38.

vel muneribus electores averteret, ne me eligerent.

103. — a) Sotus, loc. cit., art. 1, ad 5, minus accurate a Salmant. allegatur; ipse enim negat id licere, casu quo inter dignos minus dignus eligeretur.

b) Barbosa, de Parocho, cap. 2, n. 106, rationem hujus sententiae assignat, quod nempe id esset dare pecuniam pro re annexa spiritualibus, ut spiritualia sunt.

c) S. Thomas, 2^a 2^ae, qu. 100, art. 2, ad 5, in universum dicit: « Antequam alicui acquiratur jus, simoniacum esset adversantium obstacula pecunia redimere: sic enim per pecuniam pararet sibi viam ad rem spirituales obtinendam ».

d) Diana, part. 5, tr. 7, resol. 16, v. f., hanc affirmativam sententiam extendit ad Eucharistiam in articulo mortis. Sed de reliquis, ut sunt Extrema Unctio, praeceptum annuae confessionis aut communionis; Poenitentia extra mortis articulum, praeceptum audiendi Sacrum, frequens sacramentorum privatio, adhaeret Petro Hurtado, qui, de Carit., disp. 173, sect. 17, § 224 et 227, nolens esse harum opinionum primus auctor, relinquit illas temporari maturandas; « ut facio etiam ego », addit Diana. — Verum aliud praeterea subdit Hurtadus, § 227, nempe: extra gravissimam necessitatem hoc esse servandum, « ut redimens vexationem [injustam], offerat pecuniam ut stipendium uberius solito,

Etiam in
sola gravi
necessitate.

vissimae necessitatis, ut ajunt Suarez et Lessius, sed etiam necessitatis gravis: puta, si quis impleturus esset praeceptum paschale confessionis et communionis, vel peteret viaticum aut Extremam Unctionem, vel esset in peccato mortali, vel etiam carere deberet frequenti usu sacramentorum; denique, quotiescumque aliquis non posset sine gravi incommodo aliquo sacramento carere. Quod videtur sane cohaerere iis, quae diximus de scandalo, *Lib. II, n. 47, v. Secunda vero*; ubi vidimus cum D. Thoma, D. Augustino et communi, cuique esse licitum, causa cuiusdam sui notabilis boni, permittere alterius peccatum, quod dumtaxat ex ejus malitia provenit.

Stipendium
sustentationis
non est
simonia-
cum.

104. - « 4°. Nec similiter simonia est « dare stipendium ad sustentationem clericis, etiam divitis, pro Missis, concionibus; aut de eo etiam pacisci. Ratio est, « quia non datur tamquam pretium spiritualis officii, sed personae in alterius « gratiam occupatae; nec pro operatione « spirituali, ut spiritualis est, sed ut in « alterius gratiam suscepta: proindeque « non est eleemosyna, sed debitum justitiae. — Suarez, Laymann¹, etc.; contra « Richardum², Silvestrum³, etc. » [Vide dicta n. 55, *Resp. 2*].

Item nec redimere pensionem temporalem.

« 5°. Non est simonia reddere vel redimere pensionem mere temporalem: quia « non fundatur in titulo spirituali, nec refertur ad functionem spirituales. — Dixi « *temporalem*; quia spiritualis, quae datur « v. gr. concionatori, vel coadjutori episcopi propter officium ecclesiasticum, in « eoque fundatur, nec differt a beneficio, « nisi quod non sit perpetua, vendi nequit. « — Mixta vero, ut v. gr. quae datur pa-

¹ *Suar.*, de Relig., tr. 3, lib. 4, cap. 12, n. 22. — *Less.*, lib. 2, cap. 35, dub. 7. — *Suar.*, loc. cit., cap. 18, n. 23; et cap. 46. — ² *Lib. 4*, tr. 10, cap. 8, n. 32 et 42. — ³ *Loc. cit.*,

nihil curans qua ratione illam sacerdos accipiat ».

104. - a) Richardus de Mediavilla, in *4, dist. 25, art. 3, qu. 2*; Silvester, v. *Simonia*,

« rocho seni, vel clerico pauperi ad sustentationem, non quidem vendi potest; « redimi tamen potest, modo obligatio « recitandi Officium B. Virginis imposita « non extinguatur. Quod intellige, si in « loco ubi fit venditio, bulla sit recepta. « Ratio est, quia qui pensionem redimit, « non emit jus spirituale, sed extinguit « onus temporale solvendi certam summam pecuniae. Lessius², Suarez³, Laymann⁴.

« 6°. Non est simonia juris divini (etsi « quandoque juris humani esse possit), « *spirituale cum spirituali* permutare, v. gr. beneficium pro beneficio, reliquias « cum reliquiis, etc.; vel dare *temporale pro temporali*, ut si calicem vel agnos « Dei, praecise ratione materiae vendas; « vel dare *temporale pro spirituali*, per « modum doni gratuiti, etiam cum spe « vel intentione excitandi ad remunerationem doni spiritualis, vel contra. Ratio, « quia gratitudo non respicit pretium, sed « beneficium; nec solvit debitum justitiae, « sed antidorale: quo non excluditur, quin « gratis detur ». [Sed vide n. 51 et 54]. « Recte tamen monet Suarez, hujusce « modi dona ob praesumptionem valde cavenda.

« Item, donare, promittere vel negare « temporale quidpiam, sub conditione operis spiritualis praestandi (modo non fiat « per modum retributionis seu commutationis); ut v. gr., si parens filio promittat « munus, si sacramenta frequentet. Ratio « est, quia hic non intervenit contractus « onerosus; sed sistitur vel in liberali donatione, vel donatione sub tali conditione « et modo. — Suarez⁵, Laymann⁶ ». [Vide n. 59].

cap. 35, dub. 22. — ² *De Relig.*, tr. 3, lib. 4, cap. 26. — ³ *Lib. 4*, tr. 10, cap. 8, n. 46, v. f. et seqq. — *Suar.*, loc. cit., cap. 45, n. 8. — ⁴ *Loc. cit.*, cap. 16, n. 12 et 13. — ⁵ *Loc. cit.*, n. 11.

qu. 9, v. *Tertium*, contradicunt, non quidem quod dicant esse simoniacum dare ejusmodi stipendium; sed quod negent licitum esse de eodem pacisci.

Alti actus
non simonia-
ci.

Quaenam
simonia
poenas inducat.

105. *Quaenam simonia inducat poenas. — An incurrantur poenae in venditione sacramentorum aut capellaniae non collativae, etc.* — 106. *An, ad incurrendas poenas, simonia debeat esse completa ex utraque parte.* — 107. *An incurrat poenas, qui obtinet beneficium per fictam promissionem pecuniae.* — 108. *An incurrantur poenae per simoniam tantum de jure ecclesiastico.* — *An, ob ingressum in religionem.* — 109. *Quae sint poenae ob simoniacam ordinationem.* — 110. *An etiam ob collationem primae tonsurae.* — 111. *Quae sint poenae ob simoniam in beneficiis.* — 112. *An incurrantur poenae in venditione vicariatus vel alius officii amovibilis: necnon pensionis, capellaniae, aut sacramentorum et jurisdictionis. Deinde quatuor quaeruntur. Qu. 1°. An sint nullae, electiones simoniace ad praelaturas regularium.* — *Qu. 2°. An poenae ob beneficia simoniace accepta incurrantur ab ignorantibus.* — *Qu. 3°. An beneficiarius simoniacus ipso facto privetur beneficiis obtentis, et fiat inhabilis ad futura obtinenda.* — *Qu. 4°. An electio Pontificis simoniaca sit nulla.*

Quaenam
simonia
poenas inducat.

105. - « Resp. 1°. Sola simonia confitentiae et realis, in ordine, beneficio « ecclesiastico et religionis ingressu, poenas juris ipso facto inducit: licet ob ingressum religionis raro incurrat, ut dictum est, vel ob tenuitatem monasterii, vel contrariam consuetudinem receptam ». [Sed vide n. 92]. — « Suarez¹, Lessius², Laymann³ ».

In venditione igitur aliarum rerum, nempe sacramentorum, jurisdictionis, pensionis aut capellaniae non collativae, etsi peccatur, nulla tamen incurritur poena. — Lessius⁴, et Salmant.⁵ cum communi. Vide n. 112.

106. - Quaeritur 1°. *An ad incurrendas poenas requiratur, ut simonia sit ex utraque parte completa?* — Duae sunt sententiae ambae probabiles a).

Probabiliter non requiritur simonia utrinque completa.

Prima sententia negat; ut tenent ipsi Salmant.⁶ cum Soto, Cajetano, Palao, etc. — Dicunt enim sufficere quod tradatur res spiritualis; nam, re tradita, venditio perficitur, etiamsi pretium non sit solutum, modo de eo fides praestetur⁷.

Probabilior sententia requiritur.

Attamen secunda communior et probabilior sententia, quam tenent Lessius⁸,

¹ *De Relig.*, tr. 3, lib. 4, cap. 55 et 56. — ² *Lib. 2*, cap. 35, dub. 23, n. 130; et dub. 27, n. 149. — ³ *Lib. 4*, tr. 10, cap. 8, a n. 69. — ⁴ *Loc. cit.*, dub. 23, num. 130. — ⁵ *Tr. 19*, cap. 4, n. 1. — ⁶ *Loc. cit.*, n. 9. — *Sotus*, de Just. et Jure, lib. 9, qu. 8, art. 1, ad 6. — *Cajetan.*, Opusc. tom. 2, tr. 9, qu. 2. — *Pal.*, tr. 17, disp. 3, punct. 22, n. 5. — ⁷ *L. Inter patrem*, ff. de contrahend. empt. — ⁸ *Loc. cit.*, dub. 27, n. 149. — ⁹ *Man.*, cap. 23, n. 104. — ¹⁰ *Loc. cit.*, lib. 4, cap. 56, n. 33. — ¹¹ *Jus can.*, lib. 5, tit. 3, § 11, n. 239 et 240. — ¹² *Lib. 3*,

Navarrus⁹, Suarez¹⁰, Anacletus¹¹, Croix¹², Roncaglia¹³, Elbel¹⁴; item Laymann, Sanchez, Covarruvias, Moya, etc., apud Salmant.¹⁵, qui probabilem vocant cum Palao et aliis, dicit requiri impletionem ex utraque parte. — Ratio 1°, quia non omnino perficitur venditio simul et emptio, nisi tradita re et pretio. — Ratio 2°, quae mihi magis urget, quia in jure nullibi infliguntur poenae contra simoniam non utrinque completam; et in poenis benignior est interpretatio facienda¹⁶. Et hunc esse curiae stylum (qui pro lege habetur, cum Elbel et communi), testantur Navarrus et alii, nimirum, non judicandi poenas fuisse incuras, nisi simonia fuerit ex utraque parte consummata. Hinc inferunt DD., quod accipiens beneficium cum pacto praestandi pecuniam, non tenetur ante solutionem beneficium resignare, nec fructus restituere.

Notandum tamen 1° cum Lessio¹⁷ et Salmant.¹⁸, quod, si pars tantum promissi solvatur, jam ex utraque parte intelligitur perfecta simonia. — Notandum 2° quod ex simonia utrinque completa, quantumvis occulta, incurrantur poenae ut in

Limitationes.

part. 1, n. 212. — ¹³ *Tr. 7*, qu. 3, cap. 1, qu. 2, resp. 2. — ¹⁴ *De Simonia*, n. 628. — *Laym.*, loc. cit., n. 68 (a Salm. non citat.). — *Sanch.*, Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 106, n. 4. — *Covar.*, in cap. *Peccatum*, part. 2, § 8, n. 7. — *Moya*, tr. 6, disp. 4, qu. 6, n. 9 et 10 (a Salmant. non citat.). — ¹⁵ *Tr. 19*, cap. 4, n. 7. — *Pal.*, loc. cit., punct. 22, n. 5, et 6. — ¹⁶ *Reg. jur.* 49, in 6°. — *Elbel*, de Simonia, n. 628, i. f. — *Navar.*, *Man.*, cap. 23, n. 104. — ¹⁷ *Lib. 2*, cap. 35, n. 151. — ¹⁸ *Tr. 19*, cap. 4, n. 6.

106. - a) Hic sedulo animadvertendum est quaestionem hanc non moveri de simonia

confidentiali, ut ipse S. Alphonsus infra in notand. 3 observabit.

extrav. [comm.] 2, de simon. Vide Elbel¹. — Notandum 3^o quod si simonia sit confidentialis, poenae incurruntur etiam per simoniam conventionalem mixtam, scilicet, ex una parte completam: ex bulla S. Pii V *Intolerabilis*, § 3. — Vide Anacleum², Elbel³; et vide infra, n. 111, Resp. IV.

107. - Quaeritur 2^o. *An committat simoniam, et poenas incurrat, qui obtinet beneficium per fictam pecuniae promissionem non impletam?*

Dicunt Pichler⁴ et Pontas⁵, hunc satis simoniam committere: quia ad ipsam incurrendam, non requiritur ut facto res temporalis tradatur; sed sufficit quod per motivum rei temporalis obtineatur spiritualis. — Ego tamen dicendum censeo, quoad culpam hunc non posse excusari a peccato simoniae, quia saltem cooperatur ad simoniam collatoris. Nam, quoad seipsum, puto probabilius cum Elbel⁶ et aliis gravibus DD., peccare quidem graviter, ob deceptionem alterius in re gravi; sed non peccato simoniae: cum, non interveniente voluntate se obligandi ad promissionem, non adsit vera emptio, quae ad simoniam requiritur. — Quoad poenas vero simoniae, puto cum Croix⁶, eum illas non incurrere, cum desit simonia utrinque completa; ut mox supra dictum est in praecedenti Quaestione.

108. - Quaeritur 3^o. *An incurrantur poenae, per simoniam tantum de jure*

ecclesiastico statutam: puta, si quis emat officium sacristae, etc., vel si resignet beneficium cum pensione ex propria auctoritate, ut supra notavimus?

Affirmant Elbel⁷, ac Navarrus, Sotus, Villalobos, etc. apud Salmant.⁸, qui dicunt esse valde probabile^{a)}. — Sed non minus probabilem recte vocant negativam sententiam^{b)} Salmant.⁹ cum Sanchez, Rodriguez, Diana, Aragon, etc., ac Roncaglia¹⁰. Ratio, quia jura quae poenas imponunt, intelligenda sunt communiter de simonia rigorosa, quae sit etiam contra jus divinum. Et probatur ex *extravaganti 2, de simon.*, quae incipit: *Cum detestabile scelus simoniace pravitatis, tam divinatorum, quam sacrorum canonum auctoritas abhorreat, etc.*

Certum est autem, quod ex *extrav. [com.] 1, de simon.*, dantes et accipientes quid pro ingressu in religionem, incurrunt ipso facto excommunicationem papalem. — Sed notandum est 1^o cum Navarro, Sanchez, Bonacina, etc. apud Salmant.¹¹, illam non incurrere nisi praesumentes, ut colligitur ex textu; hinc ignorantes, etiam culpabiliter, excusantur. — Notandum 2^o valde probabile esse, non incurrere in simplici ingressu, sed in professione; ut Salmant.¹² cum Bonacina, Palao, etc. — Notandum 3^o cum Lessio¹³, et Navarro^{c)}, Silvestro^{c)}, Palao apud Salmant.¹⁴, hanc *Extravagantem*, ut supra, saltem quoad hanc excommunicatio-

Simonia juris humani non peccatur poenis.

Poenae simoniace ingressus in religionem.

Ficte promittens pecuniam, simoniacus.

Auctor explicat quo sensu.

Non tamen incurrit poenas.

¹ De Simonia, n. 630. — ² Jus can., lib. 5, tit. 3, § 11, n. 284. — ³ Loc. cit., n. 629. — ⁴ Lib. 3, tit. 3, n. 40 et 41. — ⁵ V. *Simonia*, cas. 5. — ⁶ Lib. 3, part. 1, n. 201. — ⁷ De Simonia, n. 627. — *Navar.*, Consil., lib. 5, de Simon., consil. 43, n. 5 et seqq. — *Sotus*, de Just. et Jure, lib. 9, qu. 5, art. 2, in fin. corp. — *Villal.*, part. 2, tr. 37, diff. 39. — ⁸ Tr. 19, cap. 4, n. 10. — ⁹ Loc. cit., n. 11. — *Sanch.*, Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 108, n. 3. — *Rodrig.*, Sum., part. 2, cap. 58, n. 6,

v. *Quarto*. — *Diana*, part. 4, tr. 4, resol. 155; part. 11, tr. 6, resol. 30. — *Aragon*, in 2^o 2^a, qu. 100, art. 6, dub. penult. — ¹⁰ Tr. 7, qu. 3, cap. 4, qu. 1, resp. 4. — *Navar.*, Man., cap. 27, n. 106. — *Sanch.*, loc. cit., dub. 104, n. 50. — *Bonac.*, de Simonia, disp. 1, qu. 7, punct. 1, § 4, n. 2. — ¹¹ Loc. cit., cap. 4, n. 12. — ¹² Loc. cit., num. 12. — *Bonac.*, loc. cit., § 4, n. 11. — *Pal.*, tr. 17, disp. 3, punct. 23, n. 3. — ¹³ Lib. 2, cap. 35, n. 131. — *Pal.*, loc. cit., n. 3. — ¹⁴ Loc. cit., n. 12.

107. - ^{a)} Elbel, de *Simonia*, n. 623, probabilius existimat hic inesse simoniam; sed addit: « Nihilominus arbitror pro foro conscientiae mitius posse procedi cum tali poenitente; tum quia multi etiam graves DD. tenent per fictam dumtaxat promissionem non incurrere simoniam...; tum etiam quia in hoc casu simonia conventionalis mixta quidem supponitur, nondum tamen completa ex altera saltem parte; atqui propter simoniam conventionalem mixtam et nondum completam, jura etiam mitius procedunt, saltem quoad poenas...;

ergo pro foro interno saltem, mitius procedi potest ac debet ».

108. - ^{a)} Salmant. dicunt esse satis probabile.

^{b)} Salmant. et Diana ab hac negativa sententia excipiunt simoniam confidentialem, et eam quae ab officialibus episcopis in ordinibus committitur; quae, quamvis ecclesiastici dumtaxat juris sint, per eas nihilominus incurrere simoniae poenas. — Et Roncaglia excipit pariter confidentialem simoniam.

^{c)} Navarrus, *Man.*, cap. 23, n. 111, v. *Se-*

nem non esse usu receptam^{d)}. — Notandum ultimo, quod professio, etiam simoniace facta, valida certo est; ut docet S. Thomas^{e)}.

Si vero accipiens sit integra communis aut capitulum, ultra excommunicationem (quam vero diximus non esse usu receptam), incurrat suspensionem, etiam Papae reservatam, ab officio, executione juris capitularis et administratione jurisdictionis. Item incurratur ex utraque parte infamia juris, et consequenter irregularitas. — Simoniace autem admissus debet transferri in arctius monasterium; sed hoc, non ante sententiam. Elbel¹.

109. - « Resp. II^a. Ob simoniacam collationem et susceptionem ordinum, etiam « primae tonsurae, incurratur excommunicatio et suspensio papalis. — Lessius², « Laymann³ ».

Ultra excommunicationem et suspensionem papalem, quas *episcopi* simoniace ordinantes, et ad id mediatores, incurrunt ipso facto⁴; incurrunt etiam interdictum ab ingressu ecclesiae. Et si violaverint suspensionem aut interdictum, suspenduntur a regimine ecclesiae, et privantur perceptione fructuum⁵. — Vide Salmant.⁶.

¹ De Simonia, n. 626, ex *extravag. Sane*, de simon.; ex cap. *De Regularibus* 25 et cap. *Quoniam* 40, de simon. — ² Lib. 2, cap. 35, dub. 24. — ³ Lib. 4, tr. 10, cap. 8, n. 71. — ⁴ Ex *extrav. com. Cum detestabile*, de simon.; et bulla Sixti V *Sanctum et salutare*, die 5 Januar. 1588, in Bullar. Rom. Mainardi. — ⁵ Bulla *Sanctum et salutare*, § 2 et 6. — ⁶ Tr. 19, cap. 4, n. 14. — ⁷ *Extrav. Cum dete-*

Ordinati autem, ultra praedictam excommunicationem et suspensionem, ipso facto⁷ suspenduntur ab exercitio suorum ordinum; sed illius tantum, quem simoniace ordinatus suscepit: ut docet Lessius^{a)}; et probabile putant Salmant.⁸, contra Palaum^{b)} et Rodriguez⁹. — Et suspenduntur etiam a spe ascendendi ad ordines superiores. Notant vero Lessius¹⁰ cum communi^{c)}, et Salmant.^{d)} cum Soto^{d)}, Laymann^{d)}, Sanchez^{d)}, non incurrere suspensionem hanc, si ordinato ignorante, alius simoniam commiserit. — Deinde notant Salmant.¹¹ cum Palao, et Lessius¹², quod, licet ex bulla Sixti V hujus suspensionis absolutio a Pontifice ipsimet reservetur, et revocetur quoad hoc facultates concessae religiosis, et etiam episcopis in Tridentino¹³; in hac tamen parte dicunt praefati Lessius et Palao, bullam non esse receptam; idemque confirmant Salmant.¹⁴ cum Sa et Suarez^{e)}.

110. - Quaeritur: *an incurrantur praedictae poenae in collatione simoniaca primae tonsurae?*

Affirmant hic Busenbaum, et Covarruvias^{a)} apud Lessium^{a)}. Quia ex Tridentino¹⁵ prohibetur accipi aliquid, etiam

Poenae ordinati simoniace.

Alii dicunt incurrere ob collationem tonsurae.

stabile. — ⁸ Loc. cit., n. 15. — ⁹ Sum., part. 2, cap. 58, num. 6, v. *Octavo*. — ¹⁰ Loc. cit., num. 136. — ¹¹ Loc. cit., num. 15. — *Pal.*, tract. 17, disp. 3, punct. 24, num. 4. — ¹² Loc. cit., num. 134. — ¹³ Cap. *Liceat*, sess. 24, de Reform. — *Less.*, loc. cit. — *Pal.*, loc. cit. — ¹⁴ Loc. cit., n. 34. — *Sa*, v. *Simonia*, n. 12. — ¹⁵ Sess. 21, de Reform., cap. 1.

ptimo; Silvester, v. *Simonia*, qu. 19, vers. *Tertia*, minus accurate a Salmant. citantur; non enim negant *extrav. Sane* esse usu receptam; sed absolute negant excommunicationem ipso facto incurrere, nisi propter simoniam in ordine et beneficio.

^{d)} Quidquid olim de hac re fuerit; certum hodie est *extrav. illam innovatam esse per constitut. Apostolicae Sedis*, ubi inter excommunicationes Romano Pontifici simpliciter reservatas, haec sub n. 10 recensetur: « Reos simoniae realis ob ingressum in religionem ».

^{e)} S. Thomas, 2^a 2^a, qu. 100, art. 6, ad 5, rem satis inculcat, licet non apertis verbis explicet.

109. - ^{a)} Lessius, lib. 2, cap. 35, n. 135, negat quidem hanc sententiam improbabilem esse; ipse tamen dicit sibi placere communionem: eam scilicet, quae docet illum suspensum esse ab omnium ordinum executione.

^{b)} Palao, punct. 24, n. 3, revera tenet

hunc suspensum esse ab executione omnium ordinum quos habet; contrarium vero probabilitate non carere.

^{c)} Recte: Lessius notat *contra* communem sententiam.

^{d)} Melius et recte dicitur: Laymann, loc. cit., n. 71, v. *Porro*; Sanchez, *Consil.*, lib. 2, cap. 3, dub. 104, n. 35, apud Salmant., cap. 4, n. 15. — Ipsi tamen Salmant., cum Soto, de *Just. et Jure*, lib. 9, qu. 8, art. 1, ad 3, oppositum tenent, dicentes etiam ignorantem, suspensum manere.

^{e)} Suarez, lib. 4, cap. 61, n. 11, non citatur ad rem; nam loc. cit., (qui quidem a Salmant. adducitur), et cap. 58, n. 11, loquitur non de suspensione, sed de inhabilitate ad alia beneficia, quae ex bulla S. Pii V *Cum primum*, de die 1 April. 1566, a simonia in beneficio oritur.

110. - ^{a)} Covarruvias non citatur a Lessio, n. 133; neque uspiam apud ipsum reperire potui sententiam quae hic ei tribuitur.

sponte oblatum, ab episcopo et ejus ministris adhuc pro collatione primae tonsurae, vel pro litteris dimissoriis seu testimonialibus, et pro sigillo et aliis; et contra facientes declarantur incurrere poenas de jure inflictas.

Sed probabiliter negatur.

Recipiens sponte oblatum effugit censuram.

Negant vero probabiliter Salmant.¹ cum Palao; quia tonsura non est verus ordo: juxta dicenda *Lib. VI, n. 734*. Et idem docet Lessius² (licet pro se citetur a Busenbaum) dicens, in nullo jure adesse pro his excommunicationem statutam, nec concilium voluisse novas poenas injungere. — Pariter dicit, durum videri incurrere censuram episcopos et ministros, accipientes aliquid sponte oblatum; licet ipsi peccent. Imo id permittit D. Thomas³, dicens: *Si vero [aliqua] exigantur, quasi quaedam stipendia per consuetudinem approbata, non est simonia, si tamen desit intentio emendi vel vendendi..., et praecipue quando aliquis voluntarie solvit*. Attamen S. Doctor loquutus est de simonia juris divini. — Jure autem ecclesiastico, hoc vetitum est in Tridentino⁴, ubi reprobantur quaecumque consuetudines, etiam immemorabiles, utpote quae potius abusus dici debuissent. Caeterum Croix⁵ videtur non improbabilius censere, ibi reprobari consuetudines tantum quae ante concilium fuerunt, tamquam forte immoderatas; non autem quae nunc sunt, dandi aliquid moderatum, et quae praesumi possunt ex justa causa introductae: istae enim bene valere possunt, juxta dicta de Legibus, *Lib. I, n. 108, v. Sed quid*.

Nec committit simoniam.

Hinc ait Mazzotta⁶ cum Navarro^{b)} et Lopez^{b)}, episcopum non committere simoniam, si recipiat aliquid sponte oblatum post (non autem ante) collatum ordinem. Hoc enim expresse permittitur in can. *Sicut episcopum, caus. 1, qu. 2*, (modo

¹ Loc. cit., n. 14. — *Pal.*, loc. cit., punct. 24, n. 1. — ² Loc. cit., n. 133. — ³ 2^a 2^a, qu. 100, art. 2, ad 4. — ⁴ Sess. 21, de Reform., cap. 1. — ⁵ *Lib. 3*, part. 1, n. 167. — ⁶ *Tr. 5*,

episcopus id non petat), ubi dicitur: *Is autem qui ordinatus fuerit, si non ex placito, neque exactus, neque petitus, post acceptas cartas et pallium aliquid cuiuslibet ex clero, gratiae tantummodo causa, dare voluerit; hoc accipi nullo modo prohibemus: quia ejus oblatio nullam culpae maculam ingerit, quae non ex ambientis petitione processit*. Ita Gregorius⁷.

Sic pariter videtur permitti etiam notariis, juxta consuetudines locorum approbatas, aliquid pro sua sustentatione exigere, si pro opera sua praestanda quoad acta ordinationum conficienda, nullum salarium sit eis assignatum; ut ex eodem concilio deducitur.

111. — « Resp. III^o. Ob simoniam realem in beneficio ecclesiastico, incurritur 1^o. Excommunicatio papalis. 2^o. Irrita est electio, praesentatio, confirmatio et institutio. Unde talis non facit fructus suos. Idque etiam, licet a tertia persona taliter provisorius id ignoraverit: [ut habetur ex cap. *Nobis fuit, de simon.*] — « nisi tamen contradixerit ». [Prout sancitum est in cap. 33, *de simon.* Hic tamen notandum cum Lessio⁸ et Elbel⁹, quod, non obstante tua contradictione, nec etiam posses beneficium acceptare, si scias pecuniam revera datam fuisse a tertio pro collatione; nam textus te excusat solo casu, quo contra prohibitionem et voluntatem tuam (verba textus)... aliquis, te penitus ignorante, promisit pecuniam et exsolvit. Nota illud: te penitus ignorante; ergo si beneficium acceperis, sciens tibi per simoniam alterius conferri, nequis illud acceptare, et si illud acceptaveris, nequis retinere] — « vel, nisi a tertio data fuerit pecunia per fraudem, ut redderetur inhabilis; vel, nisi bona fide possederit beneficium per triennium ». [Ut communiter docent^{a)}

disp. 6, cap. 1, § 6, v. *Quaeres hic*. — ⁷ Cfr. Decreta S. Gregorii I, decret. 5; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 77, col. 1337. — ⁸ *Lib. 2*, cap. 35, n. 143. — ⁹ De Simonia, n. 652.

nem detur. Lopez tamen addit contrarium posse praesumi in foro exteriori.

III. — ^{a)} Auctores hic allegati id profecto communiter docent, sed loquentes de hac ultima limitatione dumtaxat, scilicet de pacifica triennali possessione.

Quid notariis permittatur.

Simonia realis in beneficio excommunicatione plectitur.

Irrita est collatio, etsi provisorius ignoraverit.

Quid, si contradixerit.

Limitationes.

Lessius¹, Laymann², Bonacina³, Elbel⁴ cum Suarez^{b)}, Palao, etc. Nec obstat regula Cancellariae, ubi requiritur absolute, ut beneficium obtineatur *sine ingressu simoniaco*; nam intelligitur de eo qui culpabiliter ingreditur: Elbel⁵ cum Anacleto].

Quales fructus retineri possint.

Hinc non tenetur beneficiatus restituere (nec etiam ante triennium) fructus bona fide consumptos, si ditior non evaserit; ut S. Thomas⁶, Salmant.⁷ ac Elbel⁸. — Qui valde probabiliter addit, neque esse restituendos fructus perceptos intuitu stolae et aliarum functionum parochialium, nempe exequiarum, concionum, administrationis sacramentorum, etc. Ratio, quia fructus isti non dantur ut redditus beneficii, sed ut stipendia officii; ita ut, juxta communem sententiam DD., de illis possit parochus libere disponere, etiam ad usus profanos: ut dicunt Lugo⁹, Bonacina¹⁰, Busenbaum (vide *Lib. IV, n. 185*), et Sanchez¹¹, qui eam vocat longe probabiliorem^{c)} cum Navarro, Panormitano, Hostiensi, Soto, Silvestro, Covarruvias et aliis pluribus, contra solum Innocentium.

Inhabilitas ad idem beneficium. Privatio aliorum.

Quomodo dispensetur ab episcopo.

« 3^o. Efficitur inhabilis ad idem beneficium, etiam per dispensationem episcopi obtinendum^{d)}. Aliis tamen beneficiis jure ipso non privatur; nec ad alia obtinenda fit inhabilis ante sententiam « judicis. Suarez¹² ». — [Si vero quis bona fide beneficium adiit, licet obtinuerit per

¹ Loc. cit., n. 143 et 140, v. *Quarto*. — ² *Lib. 4*, tr. 10, cap. 8, n. 78, v. *Limita*. — ³ Disp. 1, de Simonia, qu. 7, punct. 2, n. 17 et 20. — ⁴ Loc. cit., n. 640. — *Pal.*, tr. 17, disp. 3, punct. 25, n. 3. — ⁵ Loc. cit., n. 640. — *Anacleto*, Jus. can., lib. 5, tit. 3, n. 278. — ⁶ 2^a 2^a, qu. 100, art. 6, ad 3. — ⁷ *Tr. 19*, cap. 4, n. 18. — ⁸ Loc. cit., n. 646. — ⁹ De Just. et Jure, disp. 4, n. 23. — ¹⁰ Disp. 4, de Obligat. beneficiarior., punct. 2, n. 19. — ¹¹ Consil., lib. 2, cap. 2, dub. 45, n. 4. — *Navar.*, Tract. de Reditib. beneficiarior., qu. 1, § *Decimo nono*. — *Panorm.*, in cap. *Cum in officiis* 7, de

^{b)} Suarez, *lib. 4, cap. 57, n. 39*, consentit quidem huic opinioni; sed addit dubium esse « an veram praescriptionem in conscientia acquirat ».

^{c)} Scilicet Sanchez hanc sententiam probabiliorem existimat; et auctores ab eo laudati eandem simpliciter tuentur, dicentes beneficiarium de ejusmodi fructibus posse libere testari; vel (ut ait Sotus) eorumdem vere dominum esse.

^{d)} Nisi tamen beneficium sit simplex; quo casu Suarez, *cap. 57, n. 37*, satis esse dicit episcopi dispensationem.

simoniam tertii, probabiliter potest episcopus cum eo dispensare ad idem beneficium^{e)}: dummodo prius illud beneficium renuntiet. Ita S. Thomas¹³ et Elbel¹⁴, ex cap. 59, *de election.*].

« Resp. IV^o. Simonia confidentiae completa, dato et accepto beneficio, licet accipiens promissionem vicissim non impleverit, inducit 1^o. Excommunicatio. « nem papalem utrique parti contrahenti. « 2^o. Annulat resignationem et collationem beneficii, in quo est commissio; et « inhabilitat ad idem postea obtinendum. « 3^o. Privat omnibus beneficiis et pensionibus ante obtentis; non tamen ante sententiam latam. 4^o. Beneficia sic collata soli Pontifici reservantur. — Lessius¹⁵, Suarez¹⁶, Laymann¹⁷ ».

Poenae simoniae confidentialis completae.

112. — Hic ante omnia notandum, quod nomine beneficiorum et officiorum, ad quae omnis electio simoniaca est ipso jure nulla, ut decernitur in *extrav. [comm.] 2, de simon.*, non veniunt vicariae amovibiles ad nutum, nec pensiones, nec capellaniae non collativae, nec officia inquisitoris, legati, aut cujusque habentis jurisdictionem spiritualem ad tempus; quia haec non sunt proprie officia ecclesiastica. — Et licet illa vendere sit simonia de jure positivo, non tamen incurrunt poenae: ut communissime dicunt Salmant.¹⁸ cum Suarez, Palao, Sanchez^{a)}, etc.; item

In quibus electio non sit irrita,

nec poena incurritur.

testam. et ult. volunt., n. 8. — *Hostien.*, in cap. *Quia nos* 9, eod. tit. — *Sotus*, de Just. et Jure, lib. 10, qu. 4, art. 3, concl. 3. — *Silvest.*, v. *Clericus IV*, n. 6, qu. 8. — *Covar.*, de Testam., cap. 1, n. 13. — *Innoc. IV*, in cap. *Quia nos*, de testam. — ¹² *Lib. 4*, cap. 57, n. 37; et cap. 58, num. 3, 6, 9 et seqq. — ¹³ 2^a 2^a, qu. 100, art. 6, ad 7. — ¹⁴ De Simonia, n. 642. — ¹⁵ *Lib. 2*, cap. 35, num. 147. — ¹⁶ *Lib. 4*, cap. 48, n. 13. — ¹⁷ *Lib. 4*, tr. 10, cap. 8, num. 76 et 77. — ¹⁸ *Tr. 19*, cap. 4, n. 16. — *Suar.*, lib. 4, cap. 57, n. 45, 48 et seq. — *Pal.*, tr. 17, disp. 3, punct. 25, n. 1.

^{e)} Idemque statuit cap. *Si alicujus* 59, *de election.*, allegatum a S. Alphonso, nempe: posse episcopum dispensare, modo tamen beneficium sit simplex; secus vero « super praedicatione ».

112. — ^{a)} Sanchez, *Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 104, n. 5, 10 et 11*, dicit sub nomine beneficiorum vel officiorum in hac materia, venire prioratus, guardianatus, proindeque sub his poenis etiam comprehendi. Et revera Salmant. adducunt auctores pro sententia quae vult abbatias, prioratus, generalatus, etc., sub nomine officiorum comprehendi.

^{b)} Navarrus, *Man., cap. 23, n. 102, v. Undecimo*; Ludov. Lopez, *Instruct. nov., part. 1, cap. 301, v. Septimo notandum*, non satis accurate citantur a Mazzotta; negant enim eo casu committi simoniam in foro interiori, praesertim, si munus post susceptum ordi-

Viva¹ cum Filiuccio^{b)} et Reginaldo^{b)}, contra Garciam^{b)}. Neque incurritur ulla poena in venditione commendarum equitum, aut coadjutoriae beneficii; ut ait Croix². Neque in venditione sacramentorum, aut jurisdictionis spiritualis; ut Lessius³, et Salmant.⁴ cum communi.

Quaeritur 1°. *An autem sint invalidae electiones simoniaca generalatus, abbatiae, provincialatus, prioratus, rectoratus, aliorumque officiorum spiritualium in religionibus?*

Electiones simoniaca in religionibus, invalidae.

Negant Bonacina⁵ et Viva⁶. — Sed verius affirmandum, ut docent Cabassutius⁷, Sanchez⁸ cum Silvestro^{c)}, Cajetano^{c)}, Armilla^{c)} et Lopez^{c)}; item Lessius⁹ et Elbel¹⁰, qui recte addit¹¹, non videre, qua conscientia excusari possint a labe simoniae electores illi, qui eligunt aliquem in Generalem, cum pacto, ut ipsi postea eligantur in Diffinitores, Guardianos, etc. Ratio hujus sententiae est, quia, licet praedicta officia revera beneficia non sint; expresse tamen comprehenduntur nomine officiorum in praefata extrav. 2, ubi sic dicitur: *Per electiones vero... provisiones, etc., quas simoniaca contigerit labe fieri, et quae viribus omnino careant in ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis ecclesiasticis et quibusvis beneficiis, cuiquam jus nullatenus acquiratur.*

Quaeritur 2°. *An praedictae poenae, ob beneficia simoniace accepta, incurran- tur ab ignorantibus?*

Ignorantia excusat a censura.

Resp. Si ignorantia fuit omnino inculpabilis, certe negandum, ex reg. 23, de

¹ Opusc. de Benefic., qu. ult., art. 1, n. 9. — ² Lib. 3, part. 1, n. 104 et 108. — ³ Lib. 2, cap. 35, n. 130. — ⁴ Tr. 19, cap. 4, n. 1. — ⁵ Disp. 1, de Simonia, qu. 7, punct. 2, n. 24. — ⁶ Opusc. de Benefic., qu. ult., art. 1, n. 9. — ⁷ Lib. 5, cap. 8, n. 5. — ⁸ Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 104, n. 10 et 11. — ⁹ Loc. cit., n. 137. — ¹⁰ De Simonia, n. 622. — ¹¹ Loc. cit., n. 638. —

^{b)} Viva citat auctores pro sententia quae negat pensiones sub his poenis et sanctionibus comprehendi; et ita quidem tenent Filiucci, tr. 45, cap. 13, n. 23; Reginaldus, lib. 23, n. 181; contradicente Garcia, de Benefic., part. 1, cap. 5, n. 26.

^{c)} Sanchez hos auctores citat n. 5, ubi de excommunicatione loquitur; et re quidem vera Silvester, v. Excommunicatio VII, n. 80, excom. 42; Cajetanus, v. Excommunicatio, cap. 72; Armilla, v. Excommunicationes,

regul. jur., in 6°, ubi dicitur: *Sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus.* — Hic tamen notandum cum Elbel¹², quod, non obstante hac inculpabili ignorantia, provisio beneficii semper erit nulla: cum inhabilitas ad idem beneficium non sit poena; sed statuitur in jure ad praecludenda mala. Poterit tamen eo casu episcopus dispensare; post tamen renuntiationem beneficii, ut supra dictum est, n. 111, ad 3.

Provisio tamen est nulla,

nisi dispenset episcopus.

Quid vero, si simoniacus sciverit committere simoniam, sed ignoravit invincibiliter poenas?

Quoad censuras, certe non eas incurreret: ex sententia communi. Vide Lib. VII, de Censuris, n. 43. — Quoad reliquas tamen poenas, et probabilius et communius est, eas incurere: ut ait Elbel¹³ cum Azor, Laymann, etc.; sed¹⁴ probabilem putat sententiam negativam, quam tenet^{d)} Pichler: eo quod poenae a jure statutae non incurrantur ab ignorantibus, ut dicunt Sanchez, Krimer, etc. apud Pichler, qui ea ratione dicit excusari ab impedimento criminis, mulierem ignorantem esse conjugatum, virum cum quo peccat.

Ignorantia censurae ab ea excusat.

Sed non ignorantia aliarum poenarum.

Contrarium tenent alii.

Quaeritur 3°. *An beneficiarius simoniacus incurrat ipso facto privationem beneficiorum antea obtentorum, et inhabilitatem ad alia beneficia obtinenda?*

P. Quoad poenam privationis, communissime docent DD., cum Busenbaum ut supra, non privari beneficiarium beneficiis antea obtentis nec fructibus eorum ante sententiam judicis condemnatoriam: quia nulla lex habetur, hanc poenam ex-

Privatio beneficii requirit sententiam.

¹² De Simonia, n. 656. — ¹³ De Simonia, n. 657. — Azor, part. 1, lib. 1, cap. 15, qu. 6. — Laym., lib. 1, tr. 4, cap. 20, n. 6. — ¹⁴ Loc. cit., n. 658. — Pichler, Candidat. abbrev., lib. 5, tr. 3, n. 22. — Sanchez, de Matrim., lib. 9, disp. 32, n. 17 et 18. — Krimer, in lib. 4 decretal., qu. 7, art. 2, § unic., n. 1012, 1019, 1024. — Pichler, Candidat. abbrev., lib. 4, tit. 7, n. 4.

n. 59; Ludov. Lopez, Instruct. nov., part. 1, cap. 305, v. Circa istum articulum, loquentes de hac censura, dicunt in extrav. Cum de testabile, comprehendi sub nomine beneficiorum, praelationes ordinum religiosorum. At sane non videtur alia ratio de excommunicatione et de electionum nullitate; si igitur electores simoniaci excommunicatione plectuntur, pariter electiones nullas esse dicendum est.

^{d)} Ut probabilem.

presse ipso facto designans. — Ita Sanchez¹, Laymann², Bonacina³, Suarez⁴, Salmant.⁵ cum Filiuccio, Palao, Rodriguez^{e)}, etc.

Excipitur 1°. Simonia commissa ab examinatore beneficiorum parochialium, in synodo electis; qui, si aliquid occasione examinis recipiant, privantur ipso facto beneficiis antea rite obtentis, ante omnem sententiam: ut expressum habetur in Tridentino^{f)}. — Excipitur 2°. Simonia confidentialis: ex Motu S. Pii V Cum primum, edito anno 1566^{g)}, ubi acceptantes beneficium in confidentiam privantur omnibus beneficiis, etiam juste prius obtentis, et tenentur ante sententiam ea dimittere.

Sed ad hanc poenam incurrendam in his casibus, requiritur sententia saltem criminis declaratoria; ut tenent Suarez⁶, Sanchez⁷, Laymann⁸, ac Salmant.⁹ cum Henriquez, etc. — Ratio, quia omnes poenae privantes juribus jam quaesitis non

incurruntur ante sententiam saltem declaratoriam criminis: ut diximus Lib. I, n. 148, v. Idem, et juxta probabilissimam sententiam, quam sequuntur Sanchez¹⁰, Lessius¹¹, Cajetanus¹², Sotus¹³, et Salmant.¹⁴ cum Molina, Salas^{h)}, Palao, Ledesma, Granado (contra Vasquezⁱ⁾, Bonacina^{j)}, etc., qui volunt non requiri ullam sententiam, si reus potest poenam subire sine infamia). Quia nimis rigidum est, ut reus poenas ex seipso exsequatur, et bonis possessis se privet. — At si examinatores illi vellent absolvi a labe simoniae, nescio quomodo absolvi possent, nisi beneficia dimittant; dum dicitur a Tridentino^{k)}: *A quo (id est, a simoniae crimine) absolvi nequeant, nisi dimissis beneficiis.*

II°. Quoad autem inhabilitatem incurrendam ad alia beneficia obtinenda:

Prima sententia tenet, incurri ante sententiam judicis condemnatoriam^{l)}. Ita Bonacina¹⁵, Laymann¹⁶, Filiucci¹⁷, item Ugolinus, Henriquez¹⁸, Medina¹⁹, Lopez²⁰

Ad inhabilitatem alii negant requiri sententiam.

¹ Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 104, n. 16. — ² Lib. 4, tr. 10, cap. 8, n. 74. — ³ Disp. 1, de Simonia, qu. 7, punct. 2, diff. 1, n. 1 et 4. — ⁴ Lib. 4, cap. 58, n. 6 et 8. — ⁵ Tr. 19, cap. 4, n. 19. — ⁶ Fill., tr. 45, cap. 13, n. 24 et 25. — ⁷ Pal., tr. 17, disp. 3, punct. 25, n. 4 et 5. — ⁸ Lib. 4, cap. 43, n. 13. — ⁹ Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 34, n. 13. — ¹⁰ Loc. cit., cap. 8, num. 77, sub III. — ¹¹ Tr. 19, cap. 3, n. 73. — ¹² Henric., lib. 13, cap. 37, r. 5, lit. c, in comment. — ¹³ De Matrim., lib. 3, disp. 53, n. 3 et seqq.; et lib. 9, disp. 30. — ¹⁴ Lib. 2, cap. 29, dub. 8, n. 63 et 64; et cap. 34, dub. 34.

n. 188. — ¹⁵ Sum., v. Poena. — ¹⁶ De Just. et Jure, lib. 1, qu. 6, art. 6, v. Ad octavum. — ¹⁷ Tr. 11, de Legib., cap. 2, num. 59 et 60. — ¹⁸ Molina, de Just. et Jure, tr. 2, disp. 96, num. 5. — ¹⁹ Pal., tr. 3, disp. 2, punct. 2, num. 8. — ²⁰ Martin. Ledesma, 2^a 4^a, qu. 18, art. 2, dub. 10, concl. 3. — ²¹ Granado, in 1^a 2^a, contr. 7, tr. 3, disp. 13, sect. 2. — ²² Sess. 24, de Reform., cap. 18. — ²³ Disp. 1, de Simonia, qu. 7, punct. 2, diff. 2. — ²⁴ Tr. 45, cap. 13, num. 26. — ²⁵ Ugolin., De Simonia, tab. 4, cap. 6, § 6, n. 2, v. Quoad secundam.

^{e)} Rodriguez, Sum., part. 2, cap. 58 (al. 56), n. 6, v. Nono, negat teneri ad dimissionem « ante sententiam declaratoriam ».

^{f)} Tridentinum, sess. 24, de Reform., cap. 18, eos dicit simoniae crimen admisisse, « a quo absolvi nequeant, nisi dimissis beneficiis, quae quomodocumque etiam antea obtinebant ».

^{g)} Bulla motu proprio Cum primum, non loquitur de confidentiali simonia; sed bulla Intolerabilis, die 1 Junii 1569 data, per quam revera ejusmodi simoniam admittentes privantur beneficiis antea obtentis eorumque fructibus: « praesentium auctoritate privamus », inquit bulla.

^{h)} Salas, de Legibus, disp. 15, sect. 3, n. 46, consentit profecto: si tamen jura acquisita « notabilia sunt seu magni momenti ».

ⁱ⁾ Vasquez, in 1^a 2^a, disp. 163, cap. 6, n. 46, contradicit, de privatione tantum vocis activae et passivae loquens. Et ita etiam a Salmant. citatur; sicut pariter Bonacina, qui disp. 1 de Legib., qu. 1, punct. 7, § 2, n. 10, asserit privationes, quae ad sui executionem

nullam actionem requirunt, ut est privatio vocis activae et passivae, ipso facto incurri. Addit tamen Bonacina neminem teneri se illis privare, si absque infamia id fieri non possit.

^{j)} Etiam ante sententiam criminis declaratoriam, ut dicunt Bonacina, Filiucci; et inculcat Ugolinus, dicens fieri inhabilem ad alia beneficia, ipso facto, « etiam judicis sententia non interveniente ».

^{k)} Laymann, lib. 4, tr. 10, cap. 8, n. 74, adducit hanc sententiam, sed subdit: « Ait tamen Suar., constitutionem illam [S. Pii V] secundum hanc sui partem usum receptam non esse; ideoque opinionem Navarri in praxi tutam esse, ut necesse non sit dispensationem petere ante judicis sententiam saltem declaratoriam criminis, nisi certo constet alicubi bullam illam majore rigore receptam esse ».

^{l)} Henriquez, lib. 13, cap. 37, n. 5, hanc sententiam inculcat, dicens ipso jure inhabilem fieri, nisi dispensetur; et Lopez pariter, Instruct. nov., part. 1, cap. 307, v. Ex praedictis sequitur corollarie, dicit eum dispensatione indigere. — Medina vero, Sum., lib. 1,

et Rodriguez apud Salmant. ¹. — Ratio, quia ita expresse habetur in Motu S. Pii V *Cum primum*, ut supra; ubi sic sancitum fuit: *Qui beneficium aut officium ecclesiasticum simoniace adeptus fuerit...*, *perpetuo sit inhabilis ad ea, et quaecumque alia beneficia... obtinenda*. Ad incurrendas autem poenas inhabilitantes, nulla requiritur sententia; ut dictum est *Lib. I, de Legibus, n. 149, v. Poenae*.

Secunda vero sententia communior et probabilior, quam tenent Sanchez ², Navarrus ³, Cabassutius ⁴, Suarez ^m, Viva ^m, Elbel ⁵ cum Anacleto ⁿ, Pichler, Salmant. ⁶, Petrus Navarra ^o; et probabilem vocant Lessius ^p et Palaus ^q apud Salmant., negat incurri praedictam inhabilitatem ante sententiam iudicis condemnatoriam. — Ratio ^{1a}, quia bulla relata S. Pii revera intelligenda est tantum pro foro externo, cum loquatur de convictis. Ibi enim sic dicitur: *Quicumque... detestabile crimen simoniace pravitate commisisse convictus fuerit, etc.* — Ratio ^{2a}, quia, esto bulla intelligatur de foro interno, tamen ipsa non fuit recepta; ut asserunt Suarez, Navarrus, Sanchez, Salmant. ⁷. Saltem, ut ait Viva ^r, bulla usu recepta est

tantummodo in primo sensu fori externi. — Nec huic obstat sententia quam secuti sumus *Lib. I, n. 97, ad 6. Quid*, scilicet, quod in dubio an lex recepta sit, lex bene obligat. Nam hic non versamur in dubio, sed in opinione probabili: cum valde probabile sit ex auctoritate DD. ut supra, hanc legem non fuisse receptam. In dubio enim praesumptio stat pro lege: cum delictum, in non recipiendo legem justam, non praesumatur. Quando autem probabile est, quod obligatio legis nunquam in ceperit (vel quod lex abolita sit), tunc cessat praesumptio pro lege, et possidet libertas; ut docent Sanchez ^s, Laymann ^s et Palaus ^s, apud Salmant. ^s.

Nemo tamen dubitat, quod inhabilitas ad idem beneficium simoniace acceptum incurrat ipso facto, ante omnem sententiam: cum hoc statutum sit de iure antiquo in *extrav. 2, de simon.*, de cuius receptione non dubitatur. — Notat autem Sanchez ⁸ cum Navarro et aliis, quod, secuta sententia iudicis condemnatoria, simoniacus erit quidem in conscientia inhabilis ad quaecumque alia beneficia: cum per sententiam evadat infamis, et consequenter irregularis.

Inhabilitas ad idem beneficium incurritur ipso facto.

Aliud consensum sententiae.

Obligatio denunciandi simoniacos.

Cum autem mentionem fecerim de praefata *extravaganti 2*, hic adnotare censui id quod in fine illius sancitum invenit. Ibi enim praecipitur omnibus et singulis ecclesiasticis saecularibusque personis... in virtute sanctae obedientiae... ut eos omnes, quos simoniam huiusmodi commisisset, vel procurasse, aut in ea media-tores esse sciverint, Pontifici... per se vel alios revelare quanto citius non omit-tant... etiam si complices fuerint... Quod si non fecerint, absolvi non valeant, donec praedicta revelent, et complices huiusmodi detecti arctius puniuntur. — Sed praedicta *extravagans* in hac parte non fuit usu recepta; nec ad id obligatur ullus, nisi sit curialis Sedis Apostolicae ¹, ut asserunt plures auctores graves apud Cabassutium ¹, qui pro hoc citat Navarrum, Cajetanum, Suarez, etc.

Quaeritur ^{4o}. *An electio Summi Pontificis simoniaca sit invalida?*

Negant Suarez ², ac Filiucci ^u, etc., apud Viva ³; et probant ex *cap. Licet 6, de elect.*, ubi Alexander III statuit, *ut ille... absque ulla exceptione, ab universali Ecclesia Romanus Pontifex habeatur, qui a duabus partibus [cardinalium] concordantibus electus fuerit et receptus*. — Ratio, quia si talis electio esset irrita, posset facile Ecclesia esse sine capite; saltem esset aliquando incerta.

Affirmant tamen verius Cabassutius ⁴,

¹ Lib. 5, cap. 8, n. 5. - Navar., Man., cap. 27, n. 106. - Cajetan., Sum., v. *Excommunicatio*, post cap. 81, v. *Praeter has*. - Suarez, de Censur., disp. 22, sect. 5, num. 27. - ² De Relig., tr. 3, lib. 4, cap. 57, num. 57. - ³ Opusc. de Benef., qu. ult., art. 1, n. 8. - ⁴ Lib. 5, cap. 8, n. 17. —

Bonacina ⁵ et Viva ⁶, ex communiore sententia. — Probatur clare ex can. *Si quis, dist. 79*, ubi Nicolaus II sic sancivit: *Si quis pecunia vel gratia humana... sine concordia et canonica electione... cardinalium... ac deinde sequentium ordinum religiosorum clericorum, fuerit Apostolicae Sedi inthronizatus; non apostolicus, sed apostaticus habeatur*. Clarius confirmatur ex concilio Lateranensi V sub Julio II, ubi dictum fuit ⁷: *Sacro approbante concilio statuitur, ut electio Romani Pontificis per simoniam facta, eo ipso nulla existat; et sic electio nulla in spiritualibus vel temporalibus tribuatur facultas*. Ex quibus verbis patet, nec Pontificem sic simoniace electum posse suam validare electionem.

Nec obstat textus in *cap. Licet* supra alatus; nec ratio adducta, quod Ecclesia remaneret sine capite. Nam, ut recte dicunt Lessius ⁷ et Viva ⁸ cum sententia communi, ex vi *l. Barbarius*, posito communi errore cum titulo colorato, si occulta esset simonia, eo casu Ecclesia suppleret jurisdictionem; unde omnes actus huiusmodi Pontificis bene erunt validi, et ejus definitiones adhuc infallibilem habebunt auctoritatem, ut declaratur ^x in citato *cap. Licet*. Secus, si simonia esset publica. — Quod autem bulla Julii II ut supra, non sit recepta, ut ait Suarez, dicit Viva frivolum esse effugium.

Verius et communius, invalida.

Refellitur obiectio.

Rodrig., Summa, part. 2, cap. 58, (al. 56), num. 6, v. *Nono*. - ¹ Tr. 19, de Simonia, cap. 4, n. 20. - ² S. Pius V, bulla *Cum primum*, de die 1 April. 1566, § 8. - ³ Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 104, n. 14. - ⁴ Consil. 92, de Simon. - ⁵ Lib. 5, cap. 8, n. 9. - ⁶ De Simon., n. 627. - ⁷ Pichler, Candidat. abbrev., lib. 5, tit. 3, num. 21. - ⁸ Tract. 19,

cap. 4, num. 21. - Salmant., loc. cit., num. 21. - Suarez, lib. 4, cap. 58, num. 11. - Navar., Consil. 92, de Simon., n. 5. - Sanchez, Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 104, n. 14. - ¹ Tract. 19, cap. 4, num. 21. - ² Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 104, num. 15. - Navar., Consil. 91, de Simon., num. 6, ad 3.

cap. 14, § 20, simpliciter dicit simoniacum incurrere inhabilitatem ad beneficia obtinenda. Minus recte igitur a Salmant. citatur.

^m) Suarez, *lib. 4, cap. 58, n. 10*, certum existimat incurri ante sententiam condemnatoriam; sed *n. 11*, valde verisimile esse dicit non incurri ante sententiam declaratoriam. — Viva quoque, *Opusc. de Benef., qu. ult., art. 3, n. 2*, negat incurri ante sententiam declaratoriam.

ⁿ) Anacleto minus accurate citatur ab Elbel; nam, *lib. 5, tit. 3, n. 267*, refert utique hanc sententiam; sed de ea nullum profert iudicium; at *n. 285*, loquens de confidentiali simonia, negat requiri sententiam iudicis ad inhabilitatem hanc incurrendam.

^o) Petrus Navarra, *de Restit., lib. 2, cap. 2, n. 436*, non loquitur de inhabilitate ad alia obtinenda beneficia.

^p) Lessius, *lib. 2, cap. 35, dub. 26*, de simonia confidentiali disserens, scribit: «Hanc tamen inhabilitatem ad cetera quidam intel-

ligunt solum post sententiam declaratoriam criminis; et ita puto usu receptum».

^q) Palaus, *loc. cit., punct. 25, n. 7*, hanc sententiam adducit, neque eam reprobatur, dum contrariam probabilioris tantum appellat.

^r) Viva, *loc. cit., n. 2*, sic loquitur: «Addit Suarez: in casu nostro requiri sententiam declarativam criminis, quia non fuit cum eo summo rigore recepta ea bulla, ut poenae in ea contentae, ante omnem iudicis sententiam incurrantur».

^s) Salmant., *tr. 11, de Legib., cap. 2, n. 120*, citant auctores istos, tamquam patrocinantes sententiae, quae negat obligationem adesse, in dubio de legis inceptio; secus vero, in dubio de legis cessatione; quod revera tenent Sanchez, *de Matrim., lib. 2, disp. 41, n. 40* (cfr. *Decal., lib. 1, cap. 10, n. 32 et seqq.*); Laymann, *lib. 1, tr. 1, cap. 5, § 4, n. 36*; Palaus, *tr. 1, disp. 3, punct. 7, n. 1 et 6*. — Quod autem ipse S. Alphonsus hic asserit de casu quo lex probabiliter abolita sit, ex prioribus editioni-

bus desumptum est; et est reformandum juxta dicta ab eodem S. Doctore, *lib. 1, n. 27, 29, 68*.

^t) Auctores hic allegati negant Extravagantem istam, quoad hanc partem esse usu receptam. — Limitationem vero pro Romanis curialibus, Suarez refert ex Navarro; sed Navarrus, postquam eam ex Silvestro retulit, adducit D. Antoninum illi contradicentem.

^u) Filiucci, *tr. 45, cap. 11, n. 14*, satis esse dicit in hac electione, servari jus divinum, et ea quae specialiter prohibita non sunt.

^v) Textus genuinus sic est restituendus: «Decens et salutare reputamus, ut... ea quae propterea [ad legitimam Romani Pontificis electionem] per nos statuta et ordinata fuerunt, pro rei magnitudine et gravitate, per sacrum generale concilium approbentur et

innoventur, et approbata et innovata communiantur». Deinde Pontifex ita statuit: *Apostolica auctoritate, et de potestatis nostrae plenitudine, statuimus, ordinamus, decernimus et definimus, quodsi... contigerit... electionem Romani Pontificis... per simoniam haeresim... celebrari vel fieri; non solum huiusmodi electio vel assumptio eo ipso nulla existat, et nullam eidem sic electo vel assumpto administrandi in spiritualibus et temporalibus facultatem tribuat*. — De cuius approbatione acta concilii haec habent: «Et omnibus fere habentibus vocem definitivam placuerunt simpliciter contenta in bulla...» Cfr. Labbe, tom. 19, col. 768 et seq. Concil. Lateran. V, sess. 5, anno Dñi 1512.

^x) *Cap. Licet* jubet tantum talem simo-

ARTICULUS III.

AN ET CUI RESTITUENDUM, QUOD SIMONIAE ACCEPTUM.

113. *Nihil spirituale simoniae acceptum restituendum, nisi beneficium et ejus fructus.* — 114. *Restituendum est pretium acceptum pro beneficio, ordinatione, etc.* — 115. *Cui restituendum.* — 116. *Cui restituendi fructus beneficii simoniae accepti.* — 117. *Qui possint dispensare in praedictis poenis* (Usque ad n. 120).

Spirituale
simoniae
acceptum,
non resti-
tuendum.

113. - « Resp. I^o. Nihil spirituale simoniae acceptum, praeter beneficium (sub quo continetur pensio, secundum Bonacina^a), negante Lessio) est restituendum. Ratio est, quia caetera vel restitui non possunt, ut sacramenta, vel non sunt restituenda ante sententiam: cum canonice aliud non statuerint; ex Lessio¹, Suarez, Filliuccio, etc. ». [Idem tenent Salmant.² cum Sanchez, Soto^b, Palao] contra Azor et Laymann, Bonacina^c].

Exceptio-
nes.

« Dixi: praeter beneficium; quia hoc retineri non potest, etiam ante iudicis sententiam: ut patet, tum ex can. 1 *Si quis neque, caus. 1, qu. 1*, tum ex 2 *extrav. Cum detestabile, de simonia*. [Idem dicendum pro pretio accepto pro collatione ordinum et ingressu religionis^d], ex cap. *De hoc* et cap. *Veniens, de simon.* Vide Salmant.³. « Vide Bonacina⁴, ubi addit, etiam fructus perceptos esse restituendos: tum quia nullo justo titulo possunt retineri, cum adeptio beneficii simonica sit ipso facto irrita; tum quia sic expresse habetur in *extrav. Cum detestabile, de simonia*. Vide S. Thomam⁵, Navarrum⁶, Lessium⁷ ».

Less., lib. 2, cap. 35, n. 168. — ¹ Loc. cit. - Suar., de Relig., tr. 3, lib. 4, cap. 57, n. 12 et seqq. - Fill., tr. 45, cap. 13, n. 22. — ² Tr. 19, cap. 4, n. 23. - Sanch., Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 111, n. 2. - Pal., tr. 17, disp. 3, punct. 26, n. 1. - Azor, part. 3, lib. 12, cap. 20, qu. 5. - Laym., lib. 4, tr. 10, cap. 8, n. 85. — ³ Loc. cit., n. 29. — ⁴ Disp. 1, de

114. - « Resp. II^o. Pretium acceptum pro beneficio, collatione ordinum, sacramentorum et sacramentalium, si notabiliter excedat id quod pro sustentatione exigi poterat, item pro admissione ad religionem, jure positivo restituendum est. — Hoc tamen posterius non nisi post latam sententiam, si admissus in monasterium maneat; quia plerumque ratione alimentorum retineri potest, modo in communem usum convertatur. Vide Bonacina⁸, Lessium⁹. [Cum Palao, Laymann, Sanchez^a] apud Salmant.¹⁰, et Elbel¹¹: ut habetur in *extrav. Sane, de simon.*, ubi dicitur, quod bona simoniae accepta pro ingressu ad religionem, ad communem usum monasteriorum possint retineri et applicari].

Quodnam
pretium ac-
ceptum re-
stitui de-
beat.

Quid de
pretio pro
admissione
ad religio-
nem.

115. - « Resp. III^o. Acceptum pro beneficio, aliave re spirituali, non secuta collatione, jure naturae restituendum est ei, a quo est acceptum: quia deest titulus retinendi, cum non praestetur id, pro quo est datum. Si vero res tradita sit, simonia utrinque completa, probabilius est restituendum esse Ecclesiae, et non danti: quia Ecclesia utrumque

Acceptum
cuinam re-
stituendum.

Simon., qu. 7, punct. 3, diff. 2, n. 8 et 4. — ² 2^a 2^a, qu. 100, art. 6. — ³ Consil. 97, de Simon., n. 7 et 15. — ⁴ Lib. 2, cap. 35, n. 174. — ⁵ Loc. cit., diff. 1, a n. 18 ad n. 21. — ⁶ Loc. cit., n. 169. — Pal., loc. cit., punct. 26, n. 6. - Laym., loc. cit., cap. 8, n. 82. — ⁷ Loc. cit., cap. 4, n. 31. — ⁸ De Simon., n. 635.

niace electum haberi ut pontificem ab universali Ecclesia.

113. - ^a) Bonacina male allegatur a Busenbaum pro hac sententia: ipse enim contrariam tuetur, disp. 1, de Simon., qu. 7, punct. 3, diff. 2, n. 3 cum punct. 1, § 2, n. 4.

^b) Sotus, quamvis a Salmant. tamquam hujus sententiae fautor adducatur, ipse tamen contrariae favet, de *Justit. et Jure*, lib. 9, qu. 8, art. 1, ad 6, scribens: « Ex natura simoniae faciendae esset tam resignatio spiritualium, quam restitutio temporalium ».

^c) Clarius et recte dicitur: Azor et Laymann apud Bonacinam, disp. 1, de Simon., qu. 7, punct. 3, diff. 2, n. 3.

^d) Cap. *Veniens, de simonia*, vere loquitur de ingressu in religionem; sed cap. *De hoc* 11, eod. tit., quod S. Alphonsus nimis fidenter a Salmant. mutuatus est, non de ordinum collatione tractat; sed de alio casu, scilicet de simonia in beneficio.

114. - ^a) Sanchez hoc non habet in *Consil.*, loc. cit., dub. 114, n. 15, quamvis ita citetur a Salmanticensibus.

« punire intendit; vide Lessium, Laymann¹ ».

Quaeritur hic 1^o. *Qui rem spiritualem cum simonia jam tradidit, et pretium accepit, cuinam illud restituere debeat?* — Tres sunt sententiae, omnes probabiles.

Probabi-
liter resti-
tuendum ei
qui dedit.

Prima tenet, ante sententiam pretium restituendum esse ei qui dedit. Quia, cum recipiens incapax fuerit ex jure positivo illud acquirendi, dominium remansit apud dominum; qui non alia ratione intendit illud a se abdicare, nisi quatenus transferret in venditorem. Ita Sanchez², Lessius^a cum Valentia, Soto, Bañez, Aragon, Rodriguez, etc., apud Salmant.³ — *Secunda* tenet, esse restituendum ecclesiae, in qua est beneficium⁴. Et hoc, in poenam irreverentiae irrogatae Ecclesiae, in venditione rerum suarum. Ita S. Thomas^b, Salmant.⁵, S. Antoninus^b, Laymann, Suarez, Cajetanus, etc., cum Busenbaum ut supra. — *Tertia* dicit, ex consuetudine posse restitui etiam pauperibus; ut etiam admittit S. Thomas⁶, cum Palao, Victo-

Probabi-
liter Eccle-
siae in qua
st benefi-
cium.

Probabi-
liter etiam
pauperibus.

Less., lib. 2, cap. 35, dub. 31. — ¹ Lib. 4, tr. 10, cap. 8, n. 79, 82 et seq. — ² Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 114, n. 11. — Valent., in 2^a 2^a, disp. 6, qu. 16, punct. 6, v. *Sed quare-
ret aliquis.* - Sotus, de Just. et Jure, lib. 9, qu. 8, art. 1, corp., v. *Interim ergo.* - Bañez, in 2^a 2^a, qu. 32, art. 7, dub. 2, concl. 4. - Aragon, in 2^a 2^a, qu. 100, art. 6, ad 2 arg. - Rodrig., Sum., part. 2, cap. 68 (al. 66), n. 4. - ³ Tr. 19, cap. 4, n. 30. — ⁴ Ex cap. *De hoc* et cap. *Audi-
vimus*, de simon. — ⁵ Loc. cit., n. 31. - Laym., loc. cit.,

ria^c), Covarruvias^d), etc.; et probabilem vocat Laymann^e) apud Salmant.⁷. Quare recipiens pretium, juxta has sententias, satis omnes probabiles (ut recte dicunt Salmant.⁸) poterit, prout voluerit, illud restituere vel danti, vel ecclesiae, vel pauperibus; et etiam sibi ipsi, si egens sit; ut Salmant.⁹ cum Sanchez.

Quid de
pretio pro
ingressu in
religionem.

Pretium vero pro ingressu in religionem restituendum est ipsi danti, ut afferat ad monasterium, ad quod transfertur, et quod alere eum debet, ut ex cap. *Veniens, de simon.*^f). Si tamen remaneat, potest monasterium datum retinere; ut Sanchez, Palao, Suarez et Laymann, apud Salmant.¹⁰.

116. - Quaeritur 2^o. *Cui autem sint restituendi fructus beneficii, per simoniam acquisiti?*

Restituendos esse ecclesiae, docet S. Thomas¹¹: modo commodum non recipiant ex hoc, qui simoniam commiserunt. — Sed probabile est, posse restitui etiam pauperibus, vel successori in beneficio; vel etiam se componere cum Pontifice

Fructus
beneficii, re-
stituendi ec-
clesiae.

Probabili-
ter etiam
pauperibus
vel succes-
sori.

n. 83. - Suar., lib. 4, cap. 60, n. 8. - Cajetan., v. *Resti-
tutio*, cap. 4. — ² 2^a 2^a, qu. 32, art. 7; et qu. 62, art. 5, ad 2. — Pal., tr. 17, disp. 3, punct. 26, n. 5. — ³ Loc. cit., num. 31. — ⁴ Loc. cit. — ⁵ Loc. cit. - Sanch., Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 114, num. 13. — Sanch., loc. cit., num. 15. - Pal., loc. cit., punct. 26, num. 6. - Suar., de Relig., tr. 3, lib. 4, cap. 60, n. 11. - Laym., loc. cit., cap. 8, num. 82. — ⁶ Loc. cit., cap. 4, num. 31. — ⁷ 2^a 2^a, qu. 100, art. 6, ad 4.

115. - ^a) Lessius, l. c., n. 171, negat utique hanc sententiam esse improbabilem; verum ipse vocat secundam communiorem et probabiliorem. At n. 172, indicat quid sit intelligendum per restitutionem ecclesiae faciendam, dicens praeeceptum esse « rem illam, quae sua non est, dare ecclesiae vel expendere in pios usus ». Denique subdit: « Fateor... manere dominium apud dantem; et ideo si ei restituatur, posse retinere; quia non ipse, sed qui accepit, jubetur in pios usus expendere ».

^b) S. Thomas, 2^a 2^a, qu. 100, art. 6, ad 4, limitat hanc (quam tuetur) sententiam: nisi praelatus vel totum collegium sint in culpa: quo casu, pretium erogandum esse, ex auctoritate superioris, pauperibus vel alteri ecclesiae. — Idemque fere tenet D. Antoninus part. 2, tit. 1, cap. 5, § 7, dicens erogandum esse pauperibus, si ecclesia in culpa fuisset.

^c) Victoria, *Relect. 11, de Simon., part. 2, n. 6*, restitutionem faciendam esse dicit ecclesiae, in cujus injuriam acceptum est pretium,

et subdit: « Si vero non est facta injuria alicui ecclesiae, danda est pauperibus vel ecclesiae cathedrali ». Demum n. 7, casu quo quis bona fide fecit restitutionem pauperibus vel ipsi danti; factum tenere asserit, nec amplius teneri ad restitutionem.

^d) Covarruvias, in *reg. Peccatum, part. 2, § 2, n. 7*, non satis accurate citatur a Salmant.; negat enim restitutionem danti faciendam esse: cuinam vero sit faciendae, ipse non explicat, sed affert aliorum de hoc quaesito opiniones.

^e) Laymann, loc. cit., n. 83 (al. 84) non probat expresse hanc opinionem, quidquid dicant Salmant. Ait enim juxta communiorem sententiam restituendum esse ecclesiae, et addit: « Quamvis aliqui dicant consuetudine obtentum esse, ut pauperibus restituere liceat ».

^f) Haec sunt verba cap. *Veniens 19, de simon.*: « Abbatem et monachos ad restituendam pecuniam praefato F. tam indigne acceptam compellas, et... praecipias dicto F., ut in alio monasterio in habitu monastico Domino studeat deservire ».

pro dictis fructibus; ut Salmant.¹ cum Navarro^{a)}, Silvestro^{b)} et Sanchez.

117. - Videndum hic ultimo, quisnam possit in praedictis poenis absolvere aut dispensare.

Certum est², quod excommunicatio- nem et suspensionem in ordine simoniae suscepto, solus Pontifex potest absolvere; nisi dictae censurae sint occultae, quas potest tunc absolvere etiam episcopus: ex concilio Tridentino³. Et etiam confes- sarii Mendicantes; ut ex communi ait Elbel^{a)} cum Suarez^{a)}, Palao. - Dicunt autem Lessius⁴ et Salmant.⁵, quod bulla in contrarium S. Pii V, in hoc non est recepta^{b)}.

Quoad vero suspensionem ordinum rite susceptorum, probabile est posse illam ab- solvere episcopum; ut Suarez^{c)} et Sal- mant.⁶. Licet putent probabilius opposi- tum, cum Palao^{a)} et Silvestro^{a)}, casu quo clericus scienter cum simonia ordi- natus sit. Et idem dicunt⁷ de suspensione ordinantis.

Quoad inhabilitatem denique obtinendi alia beneficia, praeter illud simoniae ob-

tentum, potest episcopus dispensare; ut Sanchez⁸ et Silvester, Imola, Felinus. - Excipitur, si fuerit simonia confidentialis, aut si simoniacus expectet sententiam: quia tunc est irregularis ex infamia juris. Salmant.^{f)}, et Elbel^{g)} cum Lessio^{h)}, Pa- lao^{h)}, Henriquez^{h)}, etc.

118. - Dubium magnum est: *an episco- pus dispensare possit ad habendum ipsum beneficium simoniae acceptum?*

Praenotanda sunt in hoc verba Ponti- ficis⁹: *Si alicujus electionem, propter si- moniam, eo ignorante, ac ratum non ha- bente, commissam, contigerit reprobari; cum eo super praelatione, ad quam tali- ter fuerat electus, illa vice non potest epi- scopus dispensare; quamvis circa eum qui ignoranter recipit simplex beneficium per simoniacam pravitatem, post liberam resignationem, episcopi dispensatio tole- retur.* Hinc ad Dubium:

Respondetur 1^o. Quod, si beneficium fuerit simplex (etiam canonicatus, vel di- gnitatis, cui non insit cura animarum; ut Sanchez^{a)} et Navarrus^{a)}, apud Salmant.^{a)}), et fuerit acceptum per simoniam ignoran-

Quis dis- penset ad idem benefi- cium.

Episcopus, ad benefi- cium sim- plex et igno- ranter acce- ptum.

ter (scilicet, quando simonia fuerit com- missa ab alio, beneficiario ignorante, ut communiter intelligunt doctores¹⁾; tunc potest episcopus dispensare etiam in illa vacatione, dummodo beneficiarius sponte renuntiet. Ita Sanchez², Palao³, et Sal- mant.⁴ cum Silvestro^{b)}, Navarro, et Glossa⁵. Vide dicta n. 111, ad 3. - Re- spondetur 2^o. Quod si autem beneficium sit curatum, non potest episcopus dispen- sare in illa vice; sed potest in alia va- catione cum ignorante. Salmant.⁶ cum Panormitano, Palao, Sanchez, etc. - Respondetur 3^o. Quod si scienter simo- niace quis acceperit beneficium, sive sim- plex, sive curatum, etiamsi sponte renuntiet; nequit episcopus cum illo dis- pensare ad idem beneficium habendum, neque pro illa, neque pro alia vice: ut docet S. Thomas^{c)}, et Salmant.⁷ cum Soto^{c)}, Palao et Sanchez. Quamvis possit episcopus dispensare ad alia beneficia ob- tinenda, nisi fuerit simonia confidentia-

lis; ut mox supra diximus, numero 117, in fine.

119. - Quaeritur 3^o. *An praedictas dispen- sationes possit impertiri etiam episcopus, cum quo commissae est simonia?* - Negant probabiliter Panormitanus, etc. Sed proba- bilius affirmant Salmant.⁸ cum Navarro et Sanchez, ex cap. penult., de elect., ubi facultas episcopis conceditur indistincte.

120. - Quaeritur 4^o. *An Pontifex, con- ferens beneficium alicui, quem scit inha- bilem ad illud accipiendum ob simoniam, censeatur dispensare?* - Affirmant pro- babiliter Palao⁹, Suarez¹⁰, Sotus^{a)}, et Salmant.¹¹ cum Torre. Et idem dicunt Salmant.¹² cum Soto et Torre, si Ponti- fex beneficium vendat alicui. Vide Croix¹³.

Notandum, quod si Papa confirmat ele- ctionem, nesciens vitium simoniae, etiamsi in bulla dicat se supplere omnes defectus, non valet confirmatio; quia illud intelli- gitur de aliis defectibus in electione, non de simonia: ut Croix¹⁴.

Complici- tas episco- pi non tollit facultatem dispensan- di.

Papa, sciens inha- bilem, quan- do cense- tur dispen- sare.

Nesciens, non cense- tur dispen- sare.

¹ Apud Salmant., tr. 19, cap. 4, n. 35. - ² Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 120, n. 22. - ³ Tr. 17, disp. 3, punct. ult., n. 3. - ⁴ Loc. cit., n. 35. - ⁵ Navar., Consil. 97, de Simon., n. 5. - ⁶ In cap. Nobis fuit, de simon., v. Reprobanda. - ⁷ Loc. cit., n. 37. - ⁸ Panorm., in cap. De simoniae, de simon., n. 7. - ⁹ Pal., loc. cit., num. 3. - ¹⁰ Sanch., loc. cit., dub. 120, n. 31 et 34. - ¹¹ Loc. cit., n. 38. - ¹² Pal., loc. cit., n. 3. - ¹³ Sanch., loc. cit., n. 37 et 42. - ¹⁴ Panorm.,

loc. cit., n. 7. - ¹⁵ Loc. cit., n. 39. - ¹⁶ Navar., Consil. 97, de Simon., n. 12. - ¹⁷ Sanch., loc. cit., num. 15. - ¹⁸ Loc. cit., num. 9. - ¹⁹ De Relig., tr. 3, lib. 4, cap. 61, num. 14. - ²⁰ Loc. cit., num. 40. - ²¹ Raph. de Torre, in 2^{um} 2^{ae}, qu. 100, art. 6, disp. 9, i. 1. (edit. Salmant. 1612). - ²² Loc. cit. - ²³ Sotus, de Just. et Jure, lib. 9, qu. 5, art. 2, ad 2. - ²⁴ Torre, loc. cit. (edit. cit.). - ²⁵ Lib. 3, part. 1, n. 227. - ²⁶ Loc. cit., n. 234.

¹ Tr. 19, cap. 4, n. 32. - ² Sanch., Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 119, n. 5. - ³ Ex cap. Si quis, penult., de simon.; et extrav. Cum detestabile, Cfr. Constit. Apostolicae Sedis, excom. R. P. simpliciter reserv. 8 et 9. - ⁴ Cap. Liceat 6, sess. 24, de Reform. - ⁵ Pal., tr. 17, disp. 3, punct. ult., n. 2. -

⁶ Lib. 2, cap. 35, n. 134 et 136. - ⁷ Loc. cit., n. 34. - ⁸ Loc. cit., n. 34. - ⁹ Loc. cit. - ¹⁰ Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 120, n. 37. - ¹¹ Silvest., v. Suspendio, qu. 7, v. Tertium. - ¹² Imola, in cap. Si alicujus, de elect. - ¹³ Felin., in cap. De simoniae, de simon., n. 3. - ¹⁴ Cap. Si alicujus, penult. de elect.

116. - ^{a)} Navarrus, consil. 72, de Simon., loquitur de fructibus beneficii qui sint accepti tamquam pretium simoniae collationis.

^{b)} Silvester, v. Beneficium V, n. 1, quamvis a Salmantic. citetur, ipse tamen non loquitur de fructibus simoniae perceptis, sed de quibuscumque vacantibus beneficiis, quorum fructus « tempore vacationis debent in utilitatem ecclesiae expendi, vel futuris successoribus fideliter reservari ».

117. - ^{a)} Elbel, n. 645; et Suarez, lib. 4, cap. 61, n. 4, tractant de absolutione ab excommunicatione.

^{b)} Hanc tamen sententiam S. Alphonsus rejicit in Hom. apost., tr. 4, n. 54: « Nequeo intelligere, inquit, quomodo revocatio privilegiorum opus habeat acceptance; cum in tantum regulares prius poterant, quia Pontificibus sic placuit; ergo si eis ablata fuit ab eisdem jurisdictio, qua potestate possunt sibi talem jurisdictionem vindicare? » Cfr. etiam Const. Apostolicae Sedis, in qua revocata sunt et abolita quaecumque privilegia regularium absolventi a casibus Romano Pontifici reser- vatis.

^{c)} Suarez, loc. cit., n. 6, contra negat epi- scopum posse ab ea suspensione absolvere.

^{d)} Palao, disp. 3, punct. ult., n. 2, ex aliis refert hanc sententiam; sed ipse satis clare significat probabile esse quod episcopus ab ea suspensione possit absolvere, quamvis aper- tis verbis id non affirmet. Et Palao non dis- tinguit eum qui scienter, ab eo qui ignoran- ter ordinem ita simoniae recepit.

^{e)} Silvester, v. Suspendio, qu. 7, v. Ter- tium, videtur concedere episcopo absolutam facultatem absolventi ab hac suspensione in ordinibus rite susceptis, etiamsi scienter si- moniace alium ordinem receperit.

^{f)} Salmant., cap. 4, n. 38, exceptionem istam praetermittunt.

^{g)} Elbel, n. 645; Lessius, cap. 35, n. 140; Palao, n. 3 et 4; Henriquez, lib. 13, cap. 37, n. 5, et cap. 56, n. 1, de inhabilitate ad idem beneficium tractant.

118. - ^{a)} Sanchez, loc. cit., dub. 120, n. 23; Navarrus, consil. 97, de Simon., n. 5 et 6, de canonicatu tantum (cui non insit cura ani- marum) hoc tenent. De dignitatibus vero non loquuntur; et ipsi Salmant., tr. 19, cap. 4,

n. 35, ita scribunt: « Nomine autem beneficii simplicis, etiam canonicatus cathedralium ve- niunt, et alia quae non habent curam ani- marum, nec sunt dignitates, ut docent Sanchez et Navarrus ».

^{b)} Silvester, v. Simonia, qu. 8, ad 5, v. Adde quarto, etsi a Salmant. citetur, ut re- fert S. Alphonsus, ipse tamen non apponit con- ditionem: Modo beneficiatus sponte renuntiet.

^{c)} S. Thomas, 2^a 2^{ae}, qu. 100, art. 6, ad 7, absolute et absque ulla restrictione aut am- pliatione, dicit solum Papam posse dispensare cum eo qui scienter per simoniam beneficium obtinuit. - Itemque Sotus, de Just., lib. 9, qu. 8, art. 2, concl. 2.

120. - ^{a)} Sotus, loc. cit., qu. 5, art. 2, ad 2^{um}, loquitur de eo cui Pontifex venderet beneficium.